לשון למודים

LINGUA ERUDITORUM: SIVE METHODICA INSTITUTIO LINGUÆ SANCTÆ.

IN QUA,
Ut omnia quæ ad τὸ τεχνικὸν, plurima etiam quæ ad τὸ ἱστορικὸν Linguæ pertinent, absolutâ brevitate, facilique ordine tractarentur, operam adhibuit

VICTORINUS BYTHNER,
Linguæ Hebr. Professor.

CUI ADDITA EST
INTRODUCTIO ad Linguam *Chaldæam* Veteris TESTAMENTI.
AUTHORE eodem.

Editio novissima, ultimam manum Authoris jam passa.

LONDINI,
Ex Officina *Jacobi Flesher*, in vico vulg. voc. Little Britain.
M DC L.

In fine Michol.

אֲשֶׁר לָמַד וְתוֹרָה לוֹ לְקִנְיָן
וְלֹא לָמַד יְסוֹד (a) דִּקְדּוּק וְלֹא בָן
כְּמוֹ חוֹרֵשׁ אֲשֶׁר יְנַהֵג שְׁוָרִים
וְיָדוֹ מִבְּלִי מַלְמַד וְדָרְבָן

Qui discit, & lex ei (est) *in possessionem,*
Et non discit fundamenta Grammatices,
neque intelligit,
(Est) *sicut arator, qui agit boves;*
Et manus ejus (est) *sine baculo aut stimulo.*


(a) דִּקֵּק *est acuratè & subtiliter disserere,* unde דִּקְדּוּק *Grammatica*, q. subtilis & accurata disquisitio. Qui igitur obiter tantùm & perfunctoriè Grammaticam docent, ii turpiter in ejus etymon impingunt.

20 July 65 Muirhead

SCELETON hujus Institutionis.

Institutionis hujus Regulæ, quædam agunt de Linguæ Hebr.
- Partib. integrantib. *Vide* A.
- Ipsâ voce. *Vide* C.

A. *Partes linguæ integrantes sunt*, vel
- *Simplices*,
  - *Consonæ*, quæ dividuntur ratione
    - *Organorum*, R. 1. per quinque instrumenta, inter quæ *Guttural.* אהחע sunt præcipui usus.
    - *Potestatis*, in
      - Quiescentes, R. 2. quæ carentes vocali, sub, vel post se, non leguntur.
      - Mobiles, sunt cæteræ omnes.
    - *Figuræ*, in
      - Uniformes, ubiq; eandem figuram habentes.
      - Biformes, R. 3. quinq; literæ finales.
  - *Puncta*. *Vide* B.
- *Compositæ*, sunt syllabæ. Reg. 22. *Pura*, constans ex una litera; *Mixta*, ex pluribus.



B. *Puncta* ſunt vel

- A. *Vocalia*
  - *Propriè dicta decem.* Reg. 4. Longa ſc: & Brevia.
  - *Impropriè dictum eſt Sheva*, qd aut eſt
    - *Simplex.*
      - *Mobile.* R. 5. ab initio, in medio, poſt vocalem longam accentu tonico carentem ; ſub dageſh ; poſt alterum (:) Et horum, geminum nuſquam conſiſtit, ſed prius mutatur in (.) (-) (∵) aut (ᵛ°) R. 6.
      - *Quieſc.* eſt ſemper aliâs.
        - *Expreſſum.* R. 7. quod tollitur ſub (ו) mediano, præcedente (.) R. 8.
        - *Subintellectum*, ſub omni finali mobili, R. 9. cujus vicem ſubit (-) Furtiv. ſub ע ח ה R. 10.
    - *Compoſitum* triplex (-:) (∴) (ᵛ:) R. 11. & ſubjicitur gutturalib. R. 12. quæ
      - punctuant præcedentem ſimili brevi puncto, R. 13.
      - iterum liberè reaſſumunt (:) R. 14.
      - ſequente (:) amittunt vel ſuum (:) vel ſuam vocalem, R. 15.
      - non tolerant ante ſe (-:) ſed producunt illud in (-) R. 16.

A

Pronunciationi inservientia sunt

- *Dagesch*
  - *Lene*, Reg. 17. in literis *Begadh-kephath*, ab initio vel post (:) quiescens.
  - *Forte*, post vocalem brevem regulariter. R. 18. quod demitur
    - necessariò ex gutturalibus, & compensatur vocali longâ, R. 19.
    - accelerandæ pronuntiationis causâ ex litera shevata, R. 20.
- *Mappik*. Reg. 12. est in solo ה finali, mobili.

C.

Vox generaliter spectata, est vel

- *Declinabilis*.
  - *Nomen*. Vide D.
  - *Pronomen*. E.
  - *Verbum*.
    - Perfectum. F.
    - Imperfectum
      - Quiescent. G.
      - Defect. H.
- *Indeclinabilis*, sive particula
  - Separabilis, pertinet ad Lexica.
  - Inseparabilis. I.

Utrique

- **Utrique voci accidit**
  - *Suffixio*
    - *Affixorum.* K.
    - *Literarum paragog.* L.
  - *Mutatio.* M.
  - *Accentus.* N.

- **Vox declinabilis est vel**
  - *Nuda*, ex solis radicalib. constans.
  - *Aucta*, literas האמנתיו accipiens.
    - R. 23.
      - *illius*, prima radical. post Heemanthic. accipit (:) R. 24.
      - *hujus*, litera Heemanthica itidem poscit (:) R. 25.

D.

- *Nomen* consideratur vel in statu
  - *Simplici*, ubi
    - *Genus*
      - Masculin. Reg. 26. desinit in quamcunque literam.
      - Fœmin. Reg. 27. exit in ה vel ת
      - Neutrum. Reg. 28. exprimitur per adjectivum absolutè positum.
    - *Comparatio*. R. 29. peragitur in
      - *Comparativo* per *magis* & *præ*.
      - *Superlativo* per *valdè* & *in*.

A B

Numerus
- Dualis. R. 30. exit in ים־
- Pluralis
  - Mascul. R. 31. in ים.
  - Fœmin. R. 32. in ות

Casus. Reg. 33. aliquando discernuntur articulis præfixis, ה index Nomin. Vocat. præcipuè Genit. ל Genit. & Dat. את Accusat. ב & מ Ablativi.

Constructo, spectans congruentiam Substantivi cum
- Substantivo in Regim. & tum fœmin. ה, transit in ת־ & masc. ים. in י. R. 34.
- Adjectivo, quod semper substantivum sequitur, R. 35.

E.

Pronomina sunt quinque
- Tria declinabilia. R. 36. personæ scilicet primæ, secundæ & tertiæ.
- Duo indeclinabilia. R. 37. Relativum scil: & Interrogativum.

F. *Verbum*

F. *Verbum* conſideratur, vel

- *abſolutè*, ubi
  - *Tempus*
    - *Homogeneum* verbo proprium.
      - *Finitum.*
        - *Præteritum*, R. 38. cujus termination. *A*, *Ta*, *T*, *Ti*, *V*, *Tem*, *Ten*, *Nu*.
        - *Futur.*
          - *Imperans*, R. 39. cujus termination. *Juna*,
          - *Promittens*, R. 40. cujus literæ characteriſt. *Ethin*.
      - *Infinitum*, ſive Infinit. mod. R. 41. quod cum literis *Bachlam* conſtituit Gerund.
    - *Heterogeneum*, quod nominis flexionem habet: Eſtque Participium, R. 42. Benoni ſive Præſens, & *Pabul* ſive Præter. in paſſivis.
  - *Conjugat.* quatuor
    - *Prima* — Act. *Kal*, R. 43. Paſſiv. *Niph*. R. 44.
    - *Secunda* — Act. *Pih*. Paſſ. *Pyh*. R. 45.
    - *Tertia* — Act. *Hiph*. Paſſ. *Hoph*. R. 46.
    - quarum omnium
      - Præterita, R. 49.
      - Imperat. & Infinitiv. R. 50.
      - Futur. R. 51.
      - Part. R. 52.
    - *Quarta*, *Hithphael*, R. 47. in qua ת, ſyllabæ formativæ *Hith*, cum prima radical. eſt ſibilans poſtponitur.
- *Relatè* ad nomen, Reg. 48. quod Nomini convenit genere, num. & perſonâ.

G. *Quiescentia* sunt vel in radicali

- *Primâ*
  - א, quæ primam syllab. Fut. Kal, faciunt י R. 53.
  - י ubi prima radic. (י) in
    - *Kal*
      - Imperat. & Infinit. abjicitur, R. 54.
      - Futuro, occultatur in (··) R. 55.
    - *Niphal* in Præt. & Part. transit in י, in Imper. Fut. & Infin. in י dageshatum, R. 56.
    - *Hiphil* transit in י, *Hophal* in ו — Reg. 57.
- *Secundâ* ו quæ in Conjug.
  - *Primâ* & *tertiâ*
    - *expungunt* mediam Thematis, R. 58.
    - *desinunt* in
      - Kal
        - Præterito & Participio in (ָ) R. 59.
        - Imperat. Fut. & Infinit. in ו: R. 60.
      - toto Niphal in ו R. 61.
    - *assumunt* י ante afform. ת & נ in Præt. Niph. & Hiph. R. 62.
  - *Secundâ* & *quartâ*, loco dagesch assumunt י ad formam Pohel. R. 63.
- *Tertiâ*
  - א, quod quiescit in
    - Kal in (ָ)
    - reliquis in (··) — R 64.
  - ה, R. 65. quod in
    - *medio* syllabam
      - terminans, mutatur in ו quiescens.
      - inchoans, abjicitur, R. 66.
    - *fine*, apocopatur, R. 67. maximè ob ו Conversiv.

H. *Defectiva* habent radicalem

- *Primam* נ, sicque נ
  - *initiale* ab Imp. & Infin. Kal, exulat, R. *68*.
  - *medianum* in Fut. Kal, Præt. & Part. Niph. toto Hiph. & Hoph. in dagesch commutatur, R. 69.
- *Secundam* geminatam, quæ in Conjug.
  - *Levibus*
    - syncopant mediam, R. 70.
    - assumunt ו in Præteritis, ante afformativ. נ & ת R. 71.
  - *Gravibus*, loco dagesch habent ו ad formam Pohel. R. 72.
- *Tertiam* נ vel ת, quod sequente servili נ vel ת per dagesch compensatur, R. 73.

I. *Literæ præfixæ* sunt septem,

- מ Reg. 74. (à, ab, de, præ) præfigitur per (.) sequente dagesh: sed gutturalib. & ר per (..)
- ש Reg. 75. (qui, quæ, quod, quòd) habet (∵) sequente dagesh.
- ה
  - Emphaticum, R. 76. & Relativ. habet (-) sequente dagesh, sed ante guttural. & ר plerumq; (ֶ)
  - Erotematicum, R. 77. præfigitur cum (-:)
- ו
  - Copulativum, R. 78. habet (:) sed ante aliud (:) aut literam Labialem assumit ו, at ante accent. distinctiv. (ָ)
  - Conversivum, Futur. præfigitur per (-) sequente dagesh, R. 79. ante (י) amittit dagesh, & ante א habet (ָ)

כ sicut

כ *ſicut* / ל *ad, in* / ב *in, per*
- notantur cum (:) R. 80. ל propter accentum cum (ִ)
- excludunt הַ Emphatic. R. 81.
- ante *Elohim* geſtant (..) & ante *Adhonaj* & *Jehová*, (-) R. 82.
- aſſumunt ſyllabicas adjectiones. *De, Phi, Mo*, ſed rarius, R. 83.

K.
Affixa, R. 84. copulantur vocibus

- *declinabilib.* per certa puncta à Reg. 85. ad 96. ut jam in Tabella habes. Et
  - mutant termination. Præt. *A* in *Ath*, *Ta* in *T*, *T* in *Ti*, *Tem* & *Ten* in *Tu*, R. 97.
  - tranſponunt puncta, in forma *Pha-kedhá*, & *Phá-kedhú*, R. 98.
  - præmittunt ſibi (ְ) in Dual. & Plural. num. R. 99.
  - inſerunt נ. Epenthet. in Futuris. R. 100.
- *indeclinabilibus* more declinabilium, R. 101.

Tabula

Tabula Affixorum, monstrans qualia puncta sibi præmittunt

In Nominibus & Participiis.			In Verbis.		
In singul. numero.	In Plur. & Duali		In Præteritis.	In reliquis.	
ִי	ַי- in pausa ָי	*meus a. um*	ַנִי- m. ְנִי f.	ֵנִי	*mibi, me.*
ֵנוּ	ֵינוּ	*noster a. um.*	ָנוּ- m. ְנוּ f.	ֵנוּ	*nobis, nos.*
ְךָ ְכָה in pausa ֶךָ cum gut. ֲךָ	ֶיךָ	*tuus a. ũ.* m.	ְתָּ	In omnibus.	*tibi, te,* m.
ְכֶם	ֵיכֶם	*vester a. ũ.* m.	ְכֶם		*vobis, vos,* m.
ֵךְ ִכִי	ַיִךְ	*tuus a. um.* f.	ֵךְ		*tibi, te,* f.
ְכֶן	ֵיכֶן	*vester a. um* f.	ְכֶן		*vobis, vos,* f.
וֹ ֵנוּ ֵהוּ ֵהוּ	ָיו וְהִי	*ejus, suus.*	וֹ ָהוּ m. ְהוּ f.	וֹ ֵהוּ ֵנוּ ֶנְהוּ	*illi, illum.*
ָם ָמוֹ	ֵיהֶם ֵימוֹ	*eorũ, suorũ.*	ָם ָמוֹ m. ְמוֹ f.	ֵם ֵמוֹ	*illis, illos.*
ָהּ	ֶיהָ	*ejus, sua.*	ָהּ	ֶהָ ֶנָּה	*illi, illam.*
ָן	ֵיהֶן ָן	*illarũ, suar.*	ָן	ֵן	*illis, illas.*

L. *Literæ Paragogicæ* sunt sex R. 102.

- א apponi solet terminationi verbali ו
- ה secundæ pers. Præt. et Futuri utriusque num. primæ. In nominib. Loci dicitur *Locale*.
- ו Regimini.
- י Participiis.
- נ terminationibus Verborum י. & ו
- ת tribus Infinitivis.

Consonis.

- ה
  - radicale in flexione generis aut numeri, itemque in Affixione, abjicitur, R. 103.
  - afformativ. generis, cum Affix. mutatur in ת, R. 104.
- ם multitudinis ob Affix. tollitur, R. 105.

M. *Mutatio vocum* fit in

- *Formis*, cum in Regimine ה mutatur in ת in iis quæ incipiunt à מ vel ת Heemanth. R. 106.

A

Punctis

Punctis, ob

- *euphoniam* ponitur
  - (ּ) pro (.:), (ֹ.) pro (··) & contrà, ן pro ו & contrà, ו pro (.:) vel (ֹּ) et contrà, (.) pro (-) vel (.:) & contrà, R. 107.
  - (-)
    - pro terminali (..) R. 108.
    - ante gutturalem kametsatam pro (.:) R. 109.
  - duplex (.:) quando penult. litera est ח, ע pro duplici (-) R. 110.
  - (..) pro duplici (.:) cum penult. est א R. 111.
  - dagesch, loco vocalis linguæ. Et contra, R. 112.
- *incrementũ & Regimen.* R. 113. mutatur
  - (ּ)
    - penult. in (:) R. 114.
    - ultim. in (-) R. 115.
  - (..)
    - penult. in (:) R. 116.
    - finale in (:) R. 117.

A (ֵ) { penult. in (:) vel (ָ°) R. 118.
ultim. in (:) R. 119.


(ֶ) { penult. in (:) R. 120.
ultim. in Nom. flexione, & Verbor. affix. in (ָ) in
Nomin. verò affixione & ה parag. in (:) R. 121.

(ֻ) { penult. in (:)
ultim. cum Affixo in (:) in declinat.
in (ָ) R. 122. } R. 122.

(ִ) ultim. { cum Affix. in (:)
ante (ו) { in declinat. in (ָ) R. 123.

forma מות & בות in unam longam, R. 124. scil. (ָ) et
(ֻ) præsente ו in ו, et (ֶ) ac (ִ) præsente (י) in (ֵ)
crescentium defectivor. longæ in breves, R. 125.

Accen-



N. *Accentus* est vel

- *Tonicus*, cujus
  - *Sedes* in
    - *ultimâ*, voce
      - crescente, R. 126.
      - desinente in duas mobiles & vocal. longam, R. 127.
    - *penultimâ*, si duæ postremæ sint æqualis quantitatis, R. 128.
  - *Officium*
    - commune omnium, acuere syllabam, Reg. 129.
    - proprium Regum
      - sententias distinguere, R. 130.
      - facere syllabam brevem, longam, R. 131.
      - reducere (:) ad suam originem i. e. in (˯) (‥) ꜉ vel (⁖) R. 132.
- *Euphonicus*
  - Methegh. Reg. 133. accentum tonicum præit.
  - Maccaph. Reg. 134. dictiones unit.

APPENDIX.

1 De Aramæismis, sive Chaldaismis et Syriacismis, à Reg. 135. ad 146.
2 De Investig. Thematis, à Reg. 147. ad 161.

LITERARUM HEBRAICARUM

Nomina.	*Figura.*	*Finales.*	*Similitudo.*	*Potestas.*	*Num.*
Aleph	א			*Spiritus lenis*, quem Græci per (’) notant, ut ἀδὰμ; nudam oris apertionem indicat.	1
Bheth	ב		ב כ	*bh* leniſſimum; cum dageſh, בּ *b* durum.	2
Ghimel	ג		ג נ	*gh* leniſſimum, cum dageſh גּ *g* durum.	3
Dhaleth	ד		ד ר ך	*dh* leniſſimum, ferè ut in Anglor. articulo *that*, cum dageſh דּ *d* durum .	4
He	ה		ה ח	*h.* Spiritus denſus Græcorum (‘) ut in ἁμὰν.	5
Vau	ו		ו ז	*v* conſon. quâ Græci carent : ſeu digammon *vv*	6
Zajin	ז		ז ן	*z.* vel *ſ.* dum inter vocales pronunciatur, ut in *miſer* : nimius ille ſuſurrus literæ צ hic temperatur.	7
Hheth	ח		ח ת	*hh.* ſpiritus denſior, quàm denſus (‘) Græcor. aſperiùs pronunciandum quàm ה, mitiùs quàm כ	8
Teth	ט		ט מ	*t* Latinum vel Græc. τ.	9
Jodh	י		י ו	*j* conſonans, ictu quodam petit ultimos dentes.	10

Chaph	כ	ך			*ch.* proximè accedit ad χ, crassiore spiritu effertur quàm *ch*, cum dagesh כּ & ךּ eandem prolationem obtinent	20
Lamech	ל				*l* Latinum, λ Græcor.	30
Mem	מ	ם			*m* Latinum, in interiori parte sonum, compressis labiis colligit, quem postea mugitu quodam exerit.	40
Nun	נ	ן			*n* Latinum, ν Græcorum.	50
Samech	ס		ס	ם	*s.* sibilum anserum & serpentum refert.	60
Ghnajin	ע		ע	ע	sonum edit talem (ut Syrus Grammaticus ait) qualem vitulus edit, absente matre.	70
Phe	פ	ף			*ph* vel F. cum dagesh פּ p Latin.	80
Tzade	צ	ץ			*ts.* asperiori susurru profertur quàm ז	90
Koph	ק				*k* vel *q* Latinum.	100
Resch	ר				*r*, Persio litera canina, quòd tremula linguæ vibratione, canum, dum ringuntur, sonum imitatur.	200
Schin	שׁ				*sch.* cum puncto *Iamin*, i. e. dextro, sonat *sch*, Anglor. *sh*: non longè abit à Latina prolatione, in *scindo*, *ascendo*.	300
Sin	שׂ				cum puncto sinistro, sonat ut *s*. etsi non tam intensi spiritus sit.	
Thau	ת				*th.* Græc. θ ut effertur in Anglor. *thief*, *smith*; cum dagesh תּ t durum.	400

PARADIGMA EXPLICITUM

Conjugationum Hebraicarum.

Accessus literarum Paragogic.	*Hithpahel*	*Hophal*	*Hiphil*	*Pohel*	*Pyhal*	*Pihel*	*Niphal*	*Kal*	*Signific.*	
	התפקד (-)	הפקד (:)	הפקיד (..)	פוקד	פקד (˙.)	פקד (-)	נפקד (..)	פקד (..)	Ille.	PRÆTERITUM.
	התפקדה	הפקדה	הפקידה		פקדה	פקדה	נפקדה	פקדה	illa.	
ה	התפקדת	הפקדת	הפקדת		פקדת	פקדת	נפקדת	פקדת	tu *m.*	
	התפקדת	הפקדת	הפקדת		פקדת	פקדת	נפקדת	פקדת	tu *f.*	
	התפקדתי	הפקדתי	הפקדתי		פקדתי	פקדתי	נפקדתי	פקדתי	ego.	
א,ן	התפקדו	הפקדו	הפקידו		פקדו	פקדו	נפקדו	פקדו	illi, æ.	
	התפקדתם	הפקדתם	הפקדתם		פקדתם	פקדתם	נפקדתם	פקדתם	vos *m*	
	התפקדתן	הפקדתן	הפקדתן		פקדתן	פקדתן	נפקדתן	פקדתן	vos *f.*	
	התפקדנו	הפקדנו	הפקדנו		פקדנו	פקדנו	נפקדנו	פקדנו	nos.	
ה	התפקד (-)	Deest	הפקד (!)	פוקד	Deest	פקד (-)	הפקד (-)	פקוד (:) (..)	tu *m*	Imperativus.
ן	התפקדי		הפקידי			פקדי	הפקדי	פקדי	tu *f.*	
ן	התפקדו		הפקידו			פקדו	הפקדו	פקדו	vos *m*	
	התפקדנה		הפקדנה			פקדנה	הפקדנה	פקודנה	vos *f.*	
ה	אתפקד (-)	אפקד (:)	אפקיד (..)	אפוקד	אפקד	אפקד (-)	(.) אפקד (.)	אפקוד (:) (..)	Ego.	FUTURUM.
	תתפקד	תפקד	תפקיד		תפקד	תפקד	תפקד	תפקוד	tu *m.*	
ן	תתפקדי	תפקדי	תפקידי		תפקדי	תפקדי	תפקדי	תפקדי	tu *f.*	
	יתפקד	יפקד	יפקיד		יפקד	יפקד	יפקד	יפקוד	ille.	
	תתפקד	תפקד	תפקיד		תפקד	תפקד	תפקד	תפקוד	illa.	
ה	נתפקד	נפקד	נפקיד		נפקד	נפקד	נפקד	נפקוד	nos.	
ן	תתפקדו	תפקדו	תפקידו		תפקדו	תפקדו	תפקדו	תפקדו	vos *m*	
ן,א	יתפקדו	יפקדו	יפקידו		יפקדו	יפקדו	יפקדו	יפקדו	illi.	
	תתפקדנה	תפקדנה	תפקדנה		תפקדנה	תפקדנה	תפקדנה	תפקודנה	vos *f.* & illæ.	
י,ה	התפקד (-)	הפקד	הפקיד (..)	פוקד	פקוד	פקד	הפקד (-)	(-) פקוד (:)	*Infinit.*	
י	מתפקד		מפקיד (..)	מפוקד		מפקד		פוקד (:)	*m.* sing	Benoni, s. Part. præs.
	מתפקדים		מפקידים			מפקדים		פוקדים	*m.* pl.	
	מתפקדה		מפקידה			מפקדה		פוקדה }	*f.* sing.	
	מתפקדת		מפקדת			מפקדת		פוקדת		
	מתפקדות		מפקידות			מפקדות		פוקדות	*f.* pl.	
		מפקד (:)			מפקד	*Nota.* Omnia Particip. extra Kal & Niph. formantur ab initio per מ	נפקד (..)	פקוד	*m.* sing	Pahul, s. Part. Præt.
		מפקדים			מפקדים		נפקדים	פקודים	*m.* pl.	
		מפקדה			מפקדה		נפקדה	פקודה }	*f.* sing.	
		מפקדת			מפקדת		נפקדת			
		מפקדות			מפקדות		נפקדות	פקודות	*f.* pl.	

CAPUT PRIMUM.

De Consonis & Vocalibus.

R*Atione organi, literæ dividuntur in* R. 1.

Gutturales	אֲהַחַע	- ehachang
Labiales	בּוּמַף	- bumaph
Palati	גִּיכַק	- gichak
Linguales	דְּטִלְנַת	- dtlonath
Dentales	זַסְצַרַשׁ	- zastzerash

Consect. Literæ ejusdem instrumenti sæpè inter se commutantur: ut, נָסָה & נָשָׂא *eleva.*

Quiescentes אהוי Ehevi, *carentes sub, vel post se vocali, quiescunt*; i.e. elingues fiunt. R. 2.

Exc. 1. (ו) in fine dictionis, post (ָ) (ַ) וּ vel וֹ quasi diphthongescit; ut, פָּנַי *pa-naj*, גּוֹי *goj*, גָּלוּי *ga-luj*.

2. ו In fine movetur, licet vocali careat; ut פִּיו *piv*.

Consect. 1. *Ehevi* de facili inter se permutantur: ut ex פָּרָה fit פְּרִי *fructus*.

2. *Quiescentes*, quia inter pro-

nunciandum non audiuntur, sæpè in scribendo negliguntur; & contrà, interdum redundant.

R. 3. *Finales* ךםןףץ *memoriali* Camnaphetz *comprehenduntur.* Sicque semper in fine vocis pinguntur: excepto הֵמ *ipsi*, Neh. 2. 13. cum מ recurvo in fine. Et לְםַרְבֵּה *ad multiplicationem*, Esa. 9. 7. cum ם clauso in medio.

R. 4. *Vocales propriè dictæ sunt decem:*

Longæ.			*Breves.*		
Kamets	ָ	ᾱ	Patahh	ַ	ᾰ
Tzeri	ֵ	η	Segol	ֶ	ε
Hhirek magn.	ִי	ει	(.) parvum	ִ	ι
Hholem	וֹ	ω	(ֳ) breve	ָ	ο
Shurek	וּ	ϰ	Kybbutz	ֻ	υ

Notæ. 1. Vocales non inchoant syllabam; excepto וּ ante Labiales vel literam shevatam: ut, וּמָה *U-má*, וּלְשׁוֹן *U-leshón.*

2. Vocales longæ constituunt per se syllabam, (ut מָ *ma*) nec attrahunt ad se literam sequentem, nisi in fine dictionis: ut, גֵּר *ger.*

3. Vocales breves attrahunt ad se literam sequentem: ut סַר *sar.* Excepto (ַ) (ֶ) & (ִ) in penult. syllaba,

ut

ut נַעַר *Ná-ᶑar*, מֶלֶךְ *Mé-lech*, יֵרֶב *jí-rebh.*

4. (ֵ) aliquando ſcribitur abſque (י) Et tum, *omne* (.) *in fine dictionis ſuſtinens accentum: aut in medio, non ſequente* (:) *aut dageſh, longum eſt:* ut נִפְלִים דָּוִד.

5. (ֵ) vel ו medianum, immediatè ſequente (:) aut dageſh, breves ſunt: ut, כִּיתְרוֹן *Cith-ron*, יוּלְדוּ *jül-ledhú.*

6. (ֹ) interdum ſcribitur ſine ו, ut לֹא. Coaleſcit cum שׁ, quando præcedens litera vocali caret: ut, מֹשֶׁה. *Moſhé.* Cum שׂ, quoties ipſa litera שׂ vocali deſtituitur: ut, שֹׂנֵא *So-né.*

7. (וֹ) vel ו habens aliam contiguam vocalem, eſt conſona ו: ut, יְהֹוָה *Jeho-vá.* קִוָּה *Kiv-vá*, ſicque ו geſtat dageſh.

8. Figura (ָ) eſt (ָ) breve,

1. Ante (ֳ) ut מָאֳחָז *Mo-ohház*, קָסְמִי *Ko-ſomi.*
2. Ante (:) aut dageſh, nullo interveniente accentu: ut, זָכְרָה *Zoch-rá*, רָנּוּ *Ron-nú.*
3. Ante lineam Maccaph: ut כָּל־ *col.* *Exc.* א vel ה, ut לָא־ *la*, מָה־ *ma.*
4. Si ſit finale, in dictione quæ

incipit cum ו convers. ut וַיָּקָם *Vaj-já-kom.*

9. (ׄ) non sequente dagesh, est vicarium ֻ ו, ut גְּבֻלְךָ *Gebhü-lechá.*

Cap. II.

De Sheva Simplici (:) & Composito.

R. 5. S*Heva (:) legitur per E rapidissimum,*

1. Ab initio vocis: ut דְּדָן *dedhan.*
2. In medio post vocalem longam: ut מָסְרָה *Ma-sera,* (*aut longæ vicariam*; ut יְגֻרְךָ *jeghü-rechá.*)
3. Post socium, *i.e. alterum* (:) ut נִפְקְדוּ *Niph-kedhú.*
4. Sub dagesh: ut מַסְּרוּ *Mas-serú* (*etiam subintellectum:* ut הַלְלוּ *Ha-lelu,* ex הַלְּלוּ Vide R. 20.)

R. 6. *Geminum* (:) *ab initio,* (& in medio post syllabam perfectam) *nusquam consistit, sed prius mutatur in* (.) (-) *vel* (ׄ) maximè ob guttural. & ר. *Rarissimè in* (ָ)

Posteriori (:) ablato, prius redit: ut פִּקְרוּנִי ex פִּקְדוּ quod ex פְּקֹד R. 121.

R. 7. *Sheva syllabam terminat* (i.e. quiescit)

1. In

1. In fine dictionis: ut, קָמְתְּ *kámt.*

2. In medio post vocalem brevem: ut קָמְתָּ *kám-ta.*

3. Ante socium: ut קֹשְׁטְ *kosht.*

4. Post vocalem longam accentu tonico notatam: ut מָסַרְתְּ *Ma-sar-ta,* (*Est a. Accentus tonicus, vel solus, vel si sint duo in eadem voce, ultimus.*)

5 post schurek in halb... בְּדַרְכְּךָ ub-dar-kech. Me elfuhrenus ... Hes x 16.

(:) *Quiescens sub* (ְ) *mediano tollitur, cùm præcedit* (.) *ut,* וַיְהִי *pro* וַיְּהִי (*sheva n. quiescens non competit* (ְ) *Sic* מִימִינִי *pro* מוּמִינִי. R. 8.

Subintelligitur (:) *quiescens in fine, sub omni consona mobili, vocali destitutâ: ut,* פָּקַד *q.* פָּקַדְ. R. 9.

Ac mox elucescit, dum literæ finali aliquid additur: ut, פָּקַדְתָּ ex פָּקַד.

Ponitur verò expressè in ךְ non Kametzato. Item sub literis בְּרֶךְ & טְפַּת post socium (:); ut, יֵשְׁבְ *jishb,* תּוֹסְףְ *tosph,* קֹשְׁטְ *kosht,* יַשְׁקְ *jashk.*

Vicem shevatis subintellecti, subit (-) *Furtivum, sub gutturalibus* עחה *& ante consonam effertur.* R. 10.

Ponitúrque sub ultima post unam ex 4. postremis vocalibus longis, aut etiam (ֹ) ut אֱלוֹהַּ *Eloah,* שָׁלוּחַ *shaluahh.*

Sed incremento accedente, evanescit: ut, אֱלֹהִים.

Sub penultima verò, in forma פָּקַדְתְּ ut גָּבַהַתְּ *ga-bhááht*, pro גָּבַהְתְּ. Sic, שָׁמַעַתְּ *sha-mááyt*, לָקַחַתְּ *la-káabht*. Itémque in unico Fut. Kal, יַחַד *jíahhd*, pro יְחְדְּ ex יְחֱדֶה, Vide Reg 67. n.1.

R.11. *Sheva Compositum est triplex*, Hhateph i.e. *raptum*

Pathahh	ֲ	*a*	*brevius*
Segol	ֱ	*e*	
Kamets	ֳ	*o*	*breviori*

R.12. *Gutturales loco* (:) Mobilis, *perpetuò compositum amant. Loco* (:) Quiescentis, *usitatè.*

Hostis enim gutturalium, est (:) utpotè cujus rapiditas, cum sono gutturalium non consistit: proindè gutturales nunquam assumunt (:) mobile, rarò quiescens.

Præterea, regulariter solæ gutturales admittunt Sheva compositum; ideóque (ֲ) vel (ֱ), sub non-gutturalibus, fit tantùm adventitium: ut, וּשֲׁמַע *& audi*, לֻקֳּחָה *sumpta est.*

R.13. *Gutturalis shevâ composito affecta, punctuat præcedentem* (mobiliter shevandam) *eo puncto ex quo componitur.*

Scili-

Scilicet { (-:) (∴) (·:) } punctuat præcedentem cum { (-) (··) (·) }

Hhateph (*i. e.* ſheva compoſitum) *prognatâ vocali ex ſe, liberè redit in* (:) *ut* יֶהְגֶּה meditabitur, *ex* יֶהֱגֶה *pro* יֶהְגֶּה. Sic יַהְפוֹךְ vertet, *ex* יַהֲפוֹךְ *pro* יַהְפוֹךְ. R.14.

(Sicque, quando ſub gutturali reperitur (:) & præcedens litera ſervilis habet (-) vel (∵) tunc tale (:) ortum eſt ex compoſito.)

Sheva compoſitum, non patitur poſt ſe ſimplex: ideóque amittit vel ſuum (:) *vel ſuam vocalem*, & tranſit in (:) ſimplex: *ut*, מַעְשֵׂה *pro* מַעֲשֵׂה *ex* מַעֲשֶׂה opus. *Sic*, נֶהְפְּכוּ *pro* נֶהֶפְכוּ *ex* נֶהֱפַךְ converſus fuit. R.15.

Gutturales non tolerant ante ſe (-:) *ideóque illud ſub ſervili* ה *producunt in* (-) *ut*, הַאִם an ſi? *pro* הֲ infrà Reg. 77. R.16.

Cap. III.

De Dageſh & Mappik.

(*Dageſh*, à Chald. voce דְּגַשׁ *pupugit*,

git, est punctum in ventre literæ. Estque vel *Lene* vel *Forte.*)

R. 17. D*Agesh Lene, à sex literis* בְּגַד כְּפַת *aspirationem tollit, earûmque pronuntiationem nonnihil roborat.* (Ut fit in Latino, Imber, Agmen, Lego)

Regulariter imprimitur ab initio: in medio a. & in fine, post (:) silens, ut פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי Omittitur verò ab initio post *Ehevi*; ut, כִּי כָלוּ בְיָגוֹן At si præcesserit vox יְהוָה, aut accentus Regius; vel etiam duæ ex בְּגַד כְּפַת concurrant, Dagesh ab initio post Quiescentes manet: ut, יְהוָה בַּשָּׁמַיִם *Jehova in cœlis.* וְהָיָה כְּעֵץ *& erit*(vir ille) *instar arboris.* (ubi suprà וְהָיָה ponitur accentus *Rebia.*) בְּנֵי דְדָן *filii Dedhan.* It. omittitur in medio in Affixo, כֶם, aut si (:) fuerit ex vocali longa profectum, ut בִּלְבַבְכֶם ex לֵבָב *cor.* Itémque in forma מַלְכוּת.

(*Nota.* Dagesh *Lene*, dicitur comparatione ejus quod *Forte* appellamus, nam lenius eo est, cum alioquin *lene* propriè non sit.)

R. 18. *Dagesh Forte literas duplicat; ita, ut prior litera pars cum priori, & posterior*

sterior cum posteriori puncto, efferatur : ut, פַּקְּד Pak-kedh. *Regulariter sequitur vocalem brevem* ; longam non, *nisi accentuatam :* ut, לָמָּה *Excepto* בָּתִּים battim, *domus.*

Estque triplex :

1. *Characteristicum*, formationis, Conjugationis scil. secundæ & quartæ.

2. *Compensativum*, literæ deficientis.

3. *Euphonicum*, ornatûs, quod est omnium literarum, sed maximè tertiæ radicalis, quando sub secunda præcedit (.) (-) vel (:) ut, קְטַנָּה, כְּלִמָּה, עֲבֻדָּה, Aut quando vox terminatur in (י) ut, עָנִי *pauper*. Pl. עֲנִיִּים.

Consonæ gutturis & canina ר, *abhorrent à dagesh*, (א tamen 4 in locis, & ר 9 eo afficitur;) *ideóque defectum ejus vocali longâ compensant :* scilicet mutando (-) in (ָ) & (.) aut (ֶ) in (..) & (:) vel (ָ) in ו aut וֹ. R.19.

Et hæc quidem compensatio ante ר semper fit : at ante gutturales sæpè compensatio negligitur.

Dagesh (accelerandæ pronuntiationis causâ) *sæpè ex literis shevatis* R.20.

 tollitur,

tollitur, maximè (ו) *vel* מ, *necnon ultimâ mobili vocali destitutâ: ut* וַיְכַל & perfecit, *pro* וַיְכַלֶּה Vide Reg. 67.

R.21. *Mappik* (*à* נָפַק eduxit) *est punctum in solo* ה *finali, ut doceat illud conatu quodam efferendum: ut* אֱלֹהַּ. Sed incremento accedente, perit: ut, אֱלֹהִים.

Cap. IV.

De Syllaba.

(Ex Consonis & Vocalibus fit Syllaba, quæ est vel Pura vel Mixta.)

R.22. P*Vra constat ex una consona: ut,* פָּ pa. *Mixta ex duabus, tribúsve: ut* קַד kadh, קַדְתְּ kadht.

Utriusque proprietas est unam tantùm vocalem complecti; ideóque Hebræi veras diphthongos non agnoscunt, sed tantùm *Quasi-diphthongos.* Nam etsi ו & י in fine dictionis, à quibusdam diphthongescere dicantur, ut קַו *kav*, גּוֹי *goj*, גָּלוּי *ga-luj*, si tamen ei aliquid addideris, mox ostendet se esse consonantem & non vocalem: ut, קוּם

קַוָּם *kav-vám*, גּוֹיִים *go-jím*, גְּלוּיִים *gelu-jím*. Simile quid est in Latino *Cui*, *Cujus*. *Ei*, *Ejus*.

Cap. V.

De voce in communi.

VOx *Nuda*, *sive* Primitiva, *solis literis Radicalibus constat* : *ut*, R.23.
דָּבָר verbum.

Aucta sive *Derivativa*, præter Radicales, aliquam ex sex literis (*quæ hoc vocabulo artis comprehenduntur*) הֶאֱמַנְתִּי à tergo vel à fronte suscipit; ut מִדְבָּר *desertum*.

Literarum *Heemanthi* usus est in omni voce. In Nominibus Heemanthicis א, ה & ת præponuntur: ut, אֶצְבַּע *digitus*, הַשְׁמָעוּת *auditus*, תְּהִלָּה *laus*. (Sin a. postponantur, non formam Heemanthicam, sed terminationem fœm. constituunt, R.27.)

ם rariùs dictionem claudit: ut, סַלְעָם *attacus*, פִּדְיוֹם *redemptio*. Sícque aliquando format adverbia, ut יוֹמָם *interdiu*, פִּתְאֹם *repentè*, חִנָּם *gratis*. Sed sæpissimè vocem inchoat: ut,

ut, מַאֲכָל *cibus*, מַמְּגוּרוֹת (quod ſolùm eſt cum duplici מ Heemanth.) *granaria*. Et plerunque מ nomina inſtrumenti conſtituit: ut מָגֵן *clypeus*, מַפּוּחַ *follis*, מַפְתֵּחַ *clavis*, מִזְרֶה *ventilabrum*, מְנוֹרָה *candelabrum*. Et ſic מָאוֹר *luminare*, id eſt, corpus pellucidum, per quod אוֹר *lux*, ſpendorem ſuum tranſmittit.

נ Propriis præponitur: ut *Nimrod*, *Naphthali*. Rariùs Appellativis, ut נַפְתּוּל *lucta*, נִמְבְזָה *contemptum*, (cum duabus literis Heemant. vel compoſit. ex Particip. Niph. & מ Heemant. *contemptibile*.) Fini (*præcedente* (ׇ) *vel* וֹ) ſæpiùs ſuperadditur: ut, קָרְבָּן *oblatio*, *donum*, כִּבְשָׁן *fornax*, חֶסְרוֹן *defectus*, זִכָּרוֹן *memoria*. Et aliquando וֹן diminutionem notat: ut, שַׁבָּתוֹן *ſabbathulum*, tempus illud quod de die profano ad ſacrum additur.

(י) præpoſitum in Propriis frequens: ut, *Jeconia*, (qui Jer. 22. 24. per contemptum vocatur *Conia*.) RariùsAppellativis: ut, יַלְקוּט *pera*, יַנְשׁוּף *veſpertilio*, יִצְהָר *oleum*, יְקוּם *ſubſtantia*, &c. Poſtpoſitum format adjectiva: ut, נָכְרִי *alienus*, חָפְשִׁי *liber*. Item,

tem, Numeralia ordinalia, ut, שֵׁנִי *secundus*, שְׁלִישִׁי *tertius*. Item, Gentilia, ut, מִצְרִי *Ægyptius*, quæ ob insignem aliquam proprietatem, aliquando transeunt in appellativa: ut, Jon. 1. עִבְרִי *Hebræus ego.* LXX. δοῦλος Κυρίου. Jer. 3. *Juxta vias sedisti* כַּעֲרָבִי *sicut Arabs.* Hier. *ut latro:* fuerat enim gens latrociniis dedita: Sic כְּנַעֲנִי *Cananæus* pro mercatore; כַּשְׂדִּי *Chaldæus* pro astrologo, *&c.*

Prima Radicalis in Nominibus & Verbis perfectis accipit (:) quoties ei litera Heemanthica præfigitur: ut מִשְׁפָּט judicium. R. 24.

Excipies si fuerit dagesh in prima vel secunda litera radicali: ut, תְּפַקֵּד, הִפָּקֵד.

Litera Heemanthica, primæ radicali præfixa, naturâ suâ poscit (:) R. 25.

Hoc enim est vinculum, per quod serviles radicalibus annectuntur. Sin a. vox includat literam quiescent. ו, aut geminatam, literæ Heemanth. amant vocalem longam, juxta Reg. 58. ut מָלוֹן (à לוּן) *diversorium*, מֵרוּץ (à רוּץ) *cursus*, מָגֵן (à גָּנַן) *clypeus*, מֵסַב (à סָבַב) *circulus*.

CAP.

CAP. VI.

De Nomine.

R.26. M*Asculinum exit in radicalem literam, vel in servilem quamcunque, præter* ה *&* ת.

*Exc.*1. Nomina fœmellarum, locorum, urbium, regionum, ventorum, (ut & ipsa nomina appellationis, מָקוֹם *locus*, עִיר *urbs*, רוּחַ *ventus*) & rerum naturâ vel arte geminarum, quæ etiamsi desinant in radicalem, sunt tamen fœminina; ut רָחֵל *ovis, Rachel*, בָּבֶל *Babylon*, צָפוֹן *Aquilo*, רֶגֶל *pes*, חֶרֶב *gladius anceps*. Alia ferè omnia sunt mascul. pauca communia. 2. Numeralia cardinalia à tribus ad decem, cùm desinunt in radical. sunt fœminina: ut, שָׁלשׁ *tres*. Et contrà, in servile ה vel ת, sunt masculina: ut שְׁלשָׁה & שְׁלשֶׁת.

Nota. Masculin. desinens in (י) Hemanthic. format de se fœmin. per ית. vel יָה. ut, מִצְרִי *Ægyptius*, מִצְרִית & מִצְרִיָּה *Ægyptia*.

Fœmi-

Fœmininum desinit in servile ה *vel* ת. R.27.

Fitq;	ָה	ut	טוֹבָה bona, *& cum* א *loco* ה, חָגָּא commotio, שֵׁנָא somnus.
	ְת		מְנָת pars.
	ַת		אַחַת una, *pro* אֲחֶדֶת
	ֶת		אֱמֶת veritas, *pro* אֱמֶנֶת
	ֶת		תִּפְאֶרֶת decus.
	ִית		רֵאשִׁית principium.
	וֹת		אָחוֹת soror.
	וּת		מַלְכוּת regnum.

Ad majorem emphasin cum utroque signo fœm. in ָתָה ut יְשׁוּעָתָה omnimoda salus. Non est in Deo עַוְלָתָה nè minima quidem iniquitas. Sic in Verbis נִפְלְאָתָה admodum mirabilis fuit: הֶחְבְּאָתָה probè & pulchrè occultavit.

Nota. Terminatio fœmin. ה. gestat accentum in ultima, ut: צְדָקָה *justitia*. Sicq; differt ab ה Paragog. vel Locali, (infrà Reg. 102.) quæ habent accent. in penultima. ut לַיְלָה *nox*, שְׁאֹלָה, *in infernum*.

Neutrum exprimitur per adjectivum R.28.

vum absolutè positum: ut, לֹא טוֹב *Non bonus*, i.e. non bonum hominem esse solum. Non in ore ejus נְכוֹנָה *recta*, i.e. rectum. אַחַת *Unam petii*, אוֹתָהּ *illam requiram*, i.e. unum, illud. Linguam loquentem גְּדוֹלוֹת *magnas*, i.e. magnalia.

R.29. *Comparativi particula est* יוֹתֵר magis *&* מִן præ: *Superlativi verò* מְאֹד valdè, *&* ב *in: ut,* Cui velit rex facere honorem magìs à me, i.e. quàm mihi. In Novo Testamento, *Bonum est ingredi vitam claudum, quàm &c.* i.e. melius. Ità, *Magna gloria domûs posterioris* מִן *præ priori*, i.e. major. *Boni amores tui* מִיַּיִן *præ vino*, i.e. meliores. Sic, Bonum valdè. Moses mitis valdè. Leo fortis in bestiis. *In N.T.* Benedicta in mulieribus.

Notæ. 1. מ comparativum, potest etiam explicari adversativè: ut טוֹב *Bonum est se recipere ad Jehovam*, מִבְּטֹחַ *præ confidere in homine*, i. e. melius, non autem. Et in N. T. *Descendit iste justificatus, quàm ille:* ἤ pro οὐ, non autem ille.

2. Superlativum etiam exprimitur per Nomen Dei; ut, *Montes Dei*, i.e. altis-

altissimi. *Pavor Dei.* *Sopor* Domini, i.e. maximus. *Civitas magna* Deo. In N. T. *Moses venustus* Deo. *Arma militiæ nostræ potentia* Deo, i.e. admodum potentia. Item per Adjectivum continuè repetitum: ut, *Malum malum*, i.e. pessimum. *Profundum profundum. Ficus bonæ bonæ.* Item per Genitivum pluralem ejusdem vel diversi nominis, præsertim si adjunctam habeat qualitatem: ut, *Rex regum*, i.e. potentissimus. *Servus servorum*, i.e. abjectissimus. *Canticum canticorum*, i.e. excellentissimum. *Nam* Genitivus plural. reflexus super suum Nominativum, singularem importat excellentiam: *aiunt Colonienses in Hispanum*. Et sic *Vanitas vanitatum*. Et in N.T. *Cœli cœlorum*. i.e. altissimi. Jud. v. 18. *Secundùm desideria* sua ipsorum ambulantes *improbitatum*. Item per duo Synonyma: ut, *lutum cœni*, i. e. profundiss. *obscuritas tenebrarum*, id est, densissima: *iniquitas peccati*, i.e. maximè peccaminosa. *Pluvia imbris*, i.e. maxima. In Novo Testamento, *in felle amaritudinis*, *magnitudo potentiæ*, *robur virium*,

um, caligo tenebrarum.

R.30. *Numerus est triplex : Singularis, ut,* כָּנָף ala. *Dualis,* כְּנָפַיִם duæ alæ. *Plural.* כְּנָפוֹת plures alæ.

Dualis (potissimùm adhibetur in rebus naturâ vel arte geminis, &c) *exit in* ַיִם *ut,* יוֹמַיִם *biduum.*

Et si adsit ה fœmininum, mutatur in ת, ut, שָׁנָה *annus,* שְׁנָתַיִם *biennium.*

R.31. *Pluralis masculin. adjicit suo singulari* ים. *Quædam* ין. *more Chaldaorum, ut* יָמִין dies. *Pauca* ַי *ex forma constructa Syrorum : ut,* שָׂדַי agri. *Et sic* אֲדֹנָי Dominus.

Desinentia in (i) plerunque syncopant alterum : ut, כְּלִי *vas.* Plural. כֵּלִים.

R.32. *Pluralis fœminin. adjicit suo singulari* ות, *abjectis* ה *vel* ת *servilibus.*

At verò ית mutatur in יות. Et ות in יות ut, חָפְשִׁית *libertas.* Plur. חָפְשִׁיוֹת Et מַלְכוּת *regnum.* Plur. מַלְכִיּוֹת.

Et Nomina radicalia formæ { שַׂלְמָה חֶרְפָּה שִׂמְחָה } in plurali habent formam צְדָקוֹת, i.e. sub prima

prima radicali (:) ſub ſecunda (ָ) ut שִׂמְחָה *lætitia*, Plur. שְׂמָחוֹת

Anomalia Numeri. 1. Quædam ſunt Dualia tantùm, vel Pluralia terminatione, & ſingularia intellectu: ut מַיִם *aqua*, פָּנִים *facies*. 2. Nomina metallorum & liquidorum carent plurali: Ætatum, ſingulari. 3. Multa maſcul. in plur. exeunt in וֹת, ut אָבוֹת *patres*. Et fœmin. in ים. ut תְּאֵנִים ex תְּאֵנָה *ficus*. Quædam etiam utramque terminationem admittunt: ut, צְבָאִים & צְבָאוֹת *exercitus*. 4. Hæc ſequentia, prorſus variant à ſuis ſingularibus: ut, אֱנֹשׁ *homo* אֲנָשִׁים, בַּיִת *domus* בָּתִּים, בֵּן *filius* בָּנִים, יוֹם *dies* יָמִים, עִיר *urbs* עָרִים, רֹאשׁ *caput* רָאשִׁים, תַּיִשׁ *hircus* תְּיָשִׁים, Sic fœmin. אָחוֹת *ſoror* אֲחָיוֹת, בַּת *filia* בָּנוֹת, עַיִן *fons* עֲיָנוֹת 5. Pluralis ponitur de uno ex ſingularibus, quando Scriptura unum aliquod incertè indicat: ut, Sepultus eſt *in civitatibus* Gilead. Super pullum filium *aſinarum*. Catulus *leanarum*. Et deſcendit Jonas *ad latera* navis. In Novo Teſtamento, *Latrones exprobrarunt ei*, apud Luc. *unus ex ſuſpenſis*.

Caſus

R.33. *Casus certâ aliquâ præarticulatione distingui nequeunt. Interim tamen,*

ה est communis nota omnium casuum: ut, הָרְשָׁעִים *illi impii*, præcipuè tamen Genitivi & Vocat. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *beatitudines illius viri.* הָאוֹיֵב *ô inimice.* Post verbum, Accusat. ut, הוֹשִׁיעַ הַמֶּלֶךְ *salva regem.*

ל est index interdum Genitivi (at apud Rabbin. vocula שֶׁל vide in Pronomin.) *sed sæpius Dativi*: ut, הוֹשַׁע נָא לְבֶן דָּוִד *Salutem affer nunc filio Davidis.* Unde etiam ὡσάννα τῷ υἱῷ Δαβὶδ, in in N.T. cum Dativo.

אֵת Accusativi; ut, *Creavit* אֵת הָאָרֶץ *terram. Miserebor* אֶת־אֲשֶׁר אָחוֹן *quem* (cujus) *miserebor.* Sic Rom. 9 15. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ. At verò cum Verbis passivis Nominativum notat, éstque idem quod *ipsemet*; ut, *Non vocabitur* אֶת־שִׁמְךָ *ipsum nomen tuum. Replebitur majestate ejus* אֶת־כָּל הָאָרֶץ *omnis terra.*

ב & מִן Ablativi: ut, בְּדָבָר *in verbo*, מִן־דָּבָר *à verbo.* Et coalescentibus his dictionibus in unam, מִדָּבָר

Nota. In Appositione, utrique substan-

ſtantivo, iſti articuli præfiguntur : ut, לַאדֹנִי לְעֵשָׂו *Domino meo Eſau :* אֶת־עַמִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל *populum meum Iſrael.* Hinc patet in hac phraſi: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה *Acquiſivi virum cum Jehova*, Gen.4.1. אֶת non eſſe notam Accuſativi. Si n. notaret Accuſativum dictum fuiſſet, קָנִיתִי אֶת־אִישׁ אֶת־יְהוָה *Acquiſivi virum Jehovam.*

[*Cùm duo Nomina ita concur-* R 34.
runt, ut poſterius per Genitivum vel Ablativum Latinis reddi debeat, tunc prius dicitur eſſe in Regimine.]

Propter Regimen mutatur fœminorum ה. *in* ת- *ut,* תּוֹרַת יְהוָה *Lex Jehova*, ex תּוֹרָה *Et Maſculinorum* ים *ut & Dualium* ַיִם *contrahitur in* י.. ut מֵי נַחַל *Aquæ torrentis*,(ex מַיִם) *quod non rarò per reduplicationem facit* מֵימֵי.

Pauculæ particulæ etiam formam Regiminis imitantur : ut, אַחֲלֵי *utinam*, אַחֲרֵי *poſt*, עֲלֵי *ſuper*, עֲדֵי *uſque*.

Notæ.1. Forma Regiminis etiam adhibetur, ſequente aliqua particula ut, מְקוֹם שֶׁיִּפּוֹל שַׁבָּלָם *in loco quo cecidit*, (ex מָקוֹם) כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *ſecundùm lætitiam in meſſe.* קִנְצֵי לְמִלִּין

fines

fines sermonum : נְבִיאֵי מִלִּבָּם *prophetæ ex corde suo.* Aut Pronomine אֲשֶׁר etiam subintellecto : ut, בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *in loco quo.* קִרְיַת חָנָה *civitas* (in qua) *metatus est.* Aut Infinitivo vel Adverbio, tanquam nomine Genitivi casus : ut, בִּימֵי שְׁפוֹט *in diebus judicare*, i.e. judicii : דְּמֵי חִנָּם *sanguines immeritò*, i.e. innocentiæ.

2. Nomen regens (i.e. prius substantiv.) aliquando desideratur : ut, Deut. 20. 19. כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *nam homo arbor agri*, i. e. חַיֵּי הָאָדָם *vita hominis : Vivit enim homo è fructu ejus.* Esth. 5. 1. Induit Esther מַלְכוּת *regnum*, Targ. לְבוּשֵׁי מַלְכוּתָא *vestes regni.* Dan. 9. חֲמוּדוֹת אַתָּה *desideria tu*, quòd Dan. 11. expletur אִישׁ חֲמֻדוֹת *vir desideriorum tu es.* Venter meus est sicut vinum, *pro, uter vini.*

3. Substantivum rectum (i.e. posterius) frequentissimè ponitur Adjectivi loco, abstractum pro concreto : ut, *Vir linguæ*, id est, maledicus : *vir ingenii, vir cordis. Viri nominis*, id est, famosi : *viri numeri*, id est, pauci. *Panis hordeorum. Terra sanctitatis. Inhabitantes domos luti. Homines vanitatis*

nitatis. Virga ferri. In N.T. *In igne flammæ. Super sermonibus gratia.*

Substantivum semper adjectivum R. 35.
præcedit:ut, בֵּן חָכָם filius sapiens. *Et sic in numerali identico* אֶחָד unus : *ut* דְּבָרִים אֲחָדִים verba una, *id est*, eadem. *In reliquis verò numeralibus, nunc præcedit, nunc sequitur:ut,* עָרִים שְׁלשׁ־עֶשְׂרֵה civitates tredecim. *Et* שְׁלשׁ־עֶשְׂרֵה עָרִים tredecim civitates. *Quòd si numerale sit Duale vel Plurale, semper præcedit : ut,* duæ viæ, triginta filii.

Extra hunc casum, si adjectivum præcesserit, ellipsis verbi substantivi indigitatur : ut, *bona* (est) *sapientia.* Quod idem in Pronominibus observandum : ut, *Istæ* (sunt) *generationes. Hæc* (est) *illa requies.*

Nota. Substantivum cum adjectivo plerunque convenit genere & numero. At 1. Numeralia pluralia cum singularibus, contráque singularia cum pluralibus, collocantur : ut, עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti annus :* מֵאָה פְּעָמִים *centum vicibus.*

2. Hæc tria, בְּעָלִים, אֲדֹנִים, אֱלֹהִים, honoris vel mysterii causâ, junguntur singu-

ſingularibus; ut, *Dii ſancti ipſe. Conjuges tui, factores tui, Jehova. Abraham Domini ejus. Concludam Ægyptum in manum* Dominorum *duri*, Jeſ. 19.4. (ubi R. Sal. Omne vocabulum אֲדֹנוּת *dominii*, effertur numero plurali, etiam de unico.) *E contra*, Collectiva ſæpè junguntur pluralibus; nam in ſing. num. pluralitatem comprehendunt: ut, עָם הַהֹלְכִים *populus ambulantes*, Jeſ. 9.1.

3. Cum plurale jungitur ſingulari, plerunque diſtributio notatur: *ut*, Rectum judicia tua: *i.e. unumquodque*. Maledicentes tibi maledictus, *i.e. quilibet maledicentium*. Et ſic etiam in Pronominibus: *ut*, Enarrabo laudem tuas, *i.e. omnes & ſingulas*. Idem fit ſi repetatur ſubſtantivum: *ut*, Erant facientes gens, gens, Deos ſuos, *i. e. quæque gens*. Vir, vir, *i.e. unuſquiſque*. Duo, duo, ingreſſa ſunt, *i.e. bina*. Quòd ſi ו interveniat, notatur diverſitas: *ut*, לֵב וָלֵב Corde & corde loquuntur, *i. e. diverſo corde*. Lapis & lapis, Epha & Epha, *i.e. diverſa pondera, diverſaque menſuræ*.

CAP. VII.
De Pronomine.

PRonomina Declinabilia, sunt tria. R.36.

Primæ personæ, gen. Commun.

	Singular.		Plural.	
No.	אָנֹכִי, אֲנִי	Ego	אֲנַחְנוּ, נַחְנוּ	Nos
Ge.	שֶׁלִּי	mei	שֶׁלָּנוּ	nostri
Da.	לִי	mihi	לָנוּ	nobis
Ac.	אוֹתִי	me	אוֹתָנוּ	nos
Ab.	מִמֶּנִּי, מֶנִּי	à me.	מִמֶּנּוּ, מֶנּוּ	à nobis.

Secundæ personæ.

	Masculinum.		Fœmininum.	
No.	אַתָּה	Tu	אַתְּ	Bis pro masc.
Ge.	שֶׁלְּךָ	tui	שֶׁלָּךְ	אַתָּה ponitur
Da.	לְךָ	tibi	לָךְ	fœm. אַתְּ in si-
Ac.	אוֹתְךָ	te	אוֹתָךְ	gnum animi per-
Ab.	מִמְּךָ	à te.	מִמֵּךְ	turbati. Num. 11. 15. Deut. 5. 27.

Pluraliter.

No.	אַתֶּם	Vos	אַתֵּנָה, אַתֵּן
Ge.	שֶׁלָּכֶם	vestrum	שֶׁלָּכֶן
Da.	לָכֶם	vobis	לָכֶן
Ac.	אֶתְכֶם	vos	אֶתְכֶן
Ab.	מִמְּכֶם	à vobis.	מִמְּכֶן

Tertiæ perſonæ, Remotioris, ſcil:

N.	הוּא	Ille	הִיא	Illa
G.	שֶׁלּוֹ	illius	שֶׁלָּהּ	illius
D.	לוֹ	illi	לָהּ	illi
Ac.	אוֹתוֹ	illum	אוֹתָהּ	illam
Ab.	מִמֶּנּוּ	ab illo.	מִמֶּנָּה	ab illa.

Pluraliter.

N.	הֵם, הֵמָּה	Illi	הֵן, הֵנָּה	Illa
G.	שֶׁלָּהֶם	illorum	שֶׁלָּהֶן	illarum
D.	לָהֶם, לָמוֹ	illis	לָהֶן	illis
Ac	אֹתָם, אוֹתָם, אֶתְהֶם	illos	אֶתְהֶן, אוֹתָן	illas
Ab.	מֵהֶם	ab illis	מֵהֶן	ab illis

It. tertiæ perſ. *Propinquioris*, & magis demonſtrans: ut, Maſc. זֶה *iſte* & ſemel זֵה Ezek. 47. 13. Plur. אֵל & אֵלֶּה *iſti*.

Fœm. זֹה, זוֹ & זֹאת *iſta*, caret plurali.

Commun. זוּ, *hic*, *hæc*, utroque genere & numero.

Reperitur etiam לָז *iſte*, *iſta*, ſed ſemper cum ה præfixo, הַלָּז. Et הַלָּזֶה *ille*, q. ex לָז & זֶה. Itémque הַלֵּזוּ *hæc ipſa*, q. ex לָז & זוּ.

Notæ. 1. Pronomina perſonalia ſæpiſſimè loco verbi ſubſtantivi po-

nuntur

nuntur: ut, *Nudus ego*, scil. sum. *Pulvis tu. Nudi illi.*

2. Pronomina personalia, eorúmque affixa, aliquando respiciunt rem vel personam remotiorem, non propinquiorem: ut, *Et Resen inter Nineve & Celach:* הִיא *illa est urbs illa magna*, Gen. 10. 12. ubi הִיא refertur ad remotius *Nineve*, non ad propinquius *Celach*. *Moses & Aharon in sacerdotibus ejus, & Schemuel, &c. in columna nubis loquebatur ad eos*, Psal. 99. 6, 7. non ad Schemuelem, sed ad Mosen & Aharon. In N.T. *Diabolus mendax est, & pater ejus*, scil. mendacii. Sic Heb. 9. 34. *Post secundum autem velum*, σκηνὴ *tabernaculum, aureum habens thuribulum*, καὶ τὴν κιβωτὸν *& arcam*, ἐν ᾗ *in qua urna aurea, &c. Ubi* ἐν ᾗ *non refertur ad arcam*, sed ad remotius σκηνὴ. *Nihil* enim erat *in arca, tantummodò duæ tabulæ lapideæ*, 1 *Reg*. 8. 9.

Pronomina Indeclinabilia sunt duo: R. 37.

1. *Relativum* אֲשֶׁר *Qui, quæ, quod.* Et quando obliquo casu effer-

 tur,

tur, ferè perpetuò post se pleonasmum affixi trahit: ut, *tanquam gluma,* אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ *quam dispellet eam ventus. Beatus, cujus Deus in auxilio ejus. Quo in eo anima vivens.* In N.T. *cujus vibice ejus sanati sumus.*

Porrò אֲשֶׁר aliquando omittitur: ut, *Populus* (quem) *non novi. In via* (quam) *eliget &c.* Aliquando & ipsum antecedens: ut, *Bibe de* (aqua) *quam hauserunt. Et præcepit* (ei) *qui super domum.*

2. *Interrogativum* { *Persona,* מִי Quis? *Rei,* מֶה, מָה Quid. Et aliquando ingreditur compositionem, ut מָהֵם *quid isti,* מַזֶּה *quid hoc,* מַלָּכֶם *quid vobis.* Legitur & מָן, Exod. 16. 15. unde *Manna.*

Nota. מִי & מָה sequente Relativo, fit & ipsum relativum: ut, מִי אֲשֶׁר לָמַד *Is qui didicit.* מָה שֶׁהָיָה *Id quod fuit.*

Cap. IX.

De Verbo.

Unicum Præteritum, omnes species Præteritorum comprehendit: ut, פָּקַד *visitabat, visitavit, visitaverat, visitavisset, &c.* Apud Prophetas autem creberrimè pro Futuro usurpatur, quo res certè futura significetur, perinde ac si jam evenisset: ut, *Puer* יֻלַּד *natus est nobis*, pro nascetur. R.38.

Post primam vocem Imperativi, literæ afformantes sunt י,ו,נָה, Sicque terminationes istæ י ו ָה. in Præteritis & Imperativis, punctum à se proximum (extra Hiphil) mutant in (:) ut, פִּקְדוּ, פִּקְדִי, פָּקְדָה R.39.

Nota. Imperativi usus est in deprecationibus & petitionibus: ut, *Miserere mei. Exaudi me.* Item in promissionibus; ut, *Custodi præcepta mea, & vive*, i. e. vives. Sic & in comminationibus, *Eccl.* 11. 9. *Lætare juvenis*, est sermo comminatorius: R.D. i.e. lætare & videbis quid eveniet in novissimo tuo. Item in præceptis affirmativis,

ut, *Audi Iſrael. Honora patrem.* In negativis verò uſurpatur Futurum, eò quòd vim ſuam in omne tempus exerat: ut, *Non occides*, i. e. ne occidito.

R. 40. אֶיתַּן *Futurum formatur ab Imperativo per præformantes* אִיתֵּנ, *retinétque terminationem Imperativi:*

א notat primam perſ. ſing. commun. gener.

ת ſecundam m. in utroque genere & numero; nec non tertiam fœm. in utroque numero.

(י) tertiam maſc. in utroque num.

נ primam plur. com. gen.

Nota. Futurum adhiberi ſolet ad notandum varios actus. 1. *Continuum*; ut, Et in lege ejus *meditabitur* die ac nocte. 2. *Solitum*; ut, Cras ſunt Calendæ, quibus *ſedebo* cum Rege. 3. *Poſſibilem*; ut, *Numerabo* omnia oſſa mea. 4. *Licitum*; ut, Vindex ipſe *occidet* occiſorem illum. Poſt mortem ſacerdotis *revertetur* occiſor, i. e. jure poterit. 5. *Debitum*; ut, Filius *honorabit* patrem. Labia ſacerdotis *cuſtodient* ſcientiam. *Non erit* mendicus. *Non erit* ſcortum in Iſrael, i. e. curabis

curabis ut non ſit. *Sancti eritis,* quia ego ſanctus ſum. 6. Uſurpatur etiam *pro Optativo :* ut, *Oſculabitur me. Tranſibo per terram tuam* : ſic, *Quis dabit,* i.e. utinam quis det &c.

Infinitivi cum Imperativis coincidunt, & cum literis בְּכְלָם (quæ in Verbis, ſolis Infinit. miniſtrant) *conſtituunt Gerundia;* ac uſitatiſſimè efficiunt circumlocutionem Conjunctivi : ut, בִּפְקוֹד *in viſitando,* i.e. *cùm viſitaret,* vel poſtquam viſitaviſſet. כִּפְקוֹד *ſecundùm viſitare,* i.e. poſtquam viſitavit : לִפְקוֹד *ad viſitandum,* i.e. quando viſitavit, vel ut viſitaret. At cum מ negationem includit : ut, מִפְּקוֹד *à viſitando,* i.e. ne viſitem, vel viſitet. *Spreverunt me* מִמְּלוֹךְ *à regnando,* i.e. ne regnem. *Obſturabuntur oculi eorum* מֵרְאוֹת, τοῦ μὴ βλέπειν, Rom. 11. 10. i.e. ne videant.

Notæ. 1. Infinitivus ſæpè jungitur Verbo finito ſuæ ſignificationis. *Et ſi Infinitivus præceſſerit, notatur vehementia, certitudo rei, quandoque etiam celeritas :* ut, *Caſtigando caſtigavit me,* i.e. vehementer. Luc. 22. *Deſiderando deſideravi. Faciendo faciam*

tibi misericordiam, i.e. certò. *Videndo vidi*, quod Act. 7.34. redditur *Vidi vidi. Veniendo veni.* i.e celeriter. Et additâ negatione vehementiùs negat: ut, *Non redimendo redimet. Non moriendo moriemini*, i.e. nequaquam. *Eripiendo non eripuisti*, i.e. nè minimam quidem partem liberationis præstitisti. *Erubescendo non erubescent*, i.e. nequaquam erubescent. *Sin autem Infinit. sequatur, continuatio & frequentatio indigitatur*: ut, *flete flendo, audite audiendo. Ivit eundo*, i.e. indesinenter.

Et sic Verbum finitum, si quantitatem vel qualitatem adsignificet, adverbiascit: ut, *Magnificavit facere*, i.e. magnificè fecit. *Benefacite pulsare*, i.e. optimè pulsate. *Benefecisti videre*, i. e. bene vides. Idem accidit verbo יָסַף; ut, *Et addidit mittere*, i.e. iterum misit.

2. Finitum alteri Verbo finito sine copula junctum, adverbiascit; ut, *Ne multiplicetis loquamini*; i.e. nè multùm. *Prospera equita*, i.e. prosperè. *Multiplica lava. Profundaverunt corruperunt*, i.e. profundè.

Parti-

Participia non modò actum, sed & habitum notant : ut, שׁוֹמֵר *custodiens*, qui actu custodit, & *custos*, qui officium vel consuetudinem habet custodiendi. Sicque si post Participium sequatur articulus אֶת denotat actum tantùm : ut, *Sic dicit Jehova* עַל־הָרוֹעִים הָרֹעִים אֶת־עַמִּי *ad pastores pascentes* (qui pascunt) *populum meum*. R 42.

Sumitur Participium, 1. *Pro tempore præsenti*; idquè semper cum Pronominibus : ut, *Visitans ego*, i.e. visito. 2. *Pro Paulo-post-futuro* : ut, Primogenitum Pharaonis *sedentem super solium*, i.e. paulò post sessurum, *Invenit navem euntem*, i.e. mox ituram. *Ego pluens*, vel *Ego pluo*, i.e. brevì pluam. Sic in N. T. *Vado ad Patrem meum. Quò ego vado, &c.*

Tertia persona Præteriti KAL, *ipsum thema exhibet, habens sub prima radicali* (ָ) *sub secunda* (ַ) *vel* (ֵ) *rarissimè appositum* ו : *ut*, פָּקַד visitavit, זָקֵן senuit, קָטוֹן parvus fuit. R.43.

At verò si ultima fuerit א vel ה, tum est geminum (ָ) ut מָצָא *invenit*, גָּלָה *revelavit*.

Nota.1. Hæc prima conjug. Activa dicitur קַל i.e. *levis*, tum *scriptione*, caret enim signo characteristico, (ut reliquæ;) tum *significatione*, quæ simplex est, & continet verba Activa & Neutra.

2. *Tertia persona utriusque numeri, si ponatur* absolutè, (i. e. sine Nominativo) *impersonaliter usurpatur* : ut, *Et Adamo* לֹא מָצָא *non inveniebat auxilium*, i. e. non inveniebatur. *Idcirco* קָרָא *vocavit puteum illum Beer-lachai-roi*, i. e. vocatur. *Maledicta sit nox illa, in qua* אָמַר *dixit*, i.e. dictum est. Sic & in Futuris: *Sumet de vobis parabolam. Et vocabit nomen ejus admirabilis, &c. Et hoc nomen ejus quo vocabit ei; Jehova justitia nostra*, i.e. quo vocabitur. Sic in N.T. *Hac nocte repetent animam à te.*

R.44. *Ejus Passiva* (à forma) *dicitur* NIPHAL; *habétque characterem Præteriti & Participii* נ; *Imperativi & Infinit.* ה, *cum* (.) *sequente dagesh.*

Terminatio Præteriti (juxta tres formas Præteriti Kal) fit in (-), (..) vel

vel ׀ rarius. Participii in (ֶ). Reliquorum temporum in (..)

Infinitivus etiam aliquando exit in ו : ut, הִנָּתוֹן *tradere* ; & præterea assumit charact. Præteriti נ, ut נִלְחוֹם *pugnare*, נִכְסוֹף *desiderare*, נִשְׁאַל *postulare*.

Nota 1. Connotat hæc conjugatio passionem à se vel ab alio illatam : ut, *Spiritus* נִשְׁבָּרָה *fractus*, (per se) *Cor confractum*, (à se) *Comestus est*, (ab alio) *Amasa* לֹא נִשְׁמַר *non custoditus est*, i.e. non cavit sibi. 2. Continent Verba quæ carent parente : (i.e. *quorum significatio in Kal non est in usu*) ut, נִלְחַם *pugnavit*, נִשְׁבַּע *juravit*, (namque *pugnare* aut *jurare*, nemo nisi coactus debet.) Sic נִבָּא (passivè) *prophetavit*, pro נִבָּא.

Secunda Conjugatio characterem habet dagesh forte secundæ radicali impressum. R.45.

Activa (à forma) PIHEL, *in Præterito sub prima radicali gestat* (.) *in reliquis temporibus* (ַ) *Et terminatur in* (..) interdum etiam in (ַ) ut פִּלַּג *divisit*.

At hæc tria, דִּבֶּר *locutus est*, כִּבֵּס

lavit,

lavit, כִּפֶּר *expiavit,* sæpiùs in Præt. exeunt in (ֵ) Et totidem in Infinitivo in ו, ut, יַסּוֹר *castigare,* קַנֹּא *zelare,* רַפֹּא *sanare.*

Passiva (à forma) PYHAL, *per* (ֻ) *vel* (ֹ) *ab activa discernitur.* Et terminantur in tempore finito in (ַ) in Participio in (ָ) in Infinitivo in ו, (cujus formæ unica tantùm vox extat גֻּנּוֹב *furari,* Gen.40.15.)

Sub Pihel comprehenditur forma POHEL, *in qua dagesh ejectum compensatur per* ו, ut לוֹשֵׁן pro לִשֵּׁן oblocutus est.

Nota. Ad conjugationem secundam, pertinent Verba *Tetra-* vel *Penta-Grammata,* (nam hæc conjugatio, dageshando mediam radicalem, potentiâ fit plurilitera) nihílque habent novæ difficultatis, nisi loco dagesh literam expressam: ut,

כִּרְבֵּל כִּרְבְּלָה כִּרְבַּלְתָּ *Pih.*
&c. אֻמְלַל אֻמְלְלָה אֻמְלַלְתָּ *Pyh.*

Significatio conjugat. Pihel, ut plurimùm fit intensiva: ut, *Vehementer, accuratè, continuò, crebrò, visitavit. Cum impetu & confringendo aperuit.* Sæpè contraria; ut, *Cinerabunt*

bunt altare, i.e. cineres amovent. Sic חָטָא in Kal, *peccavit*, in Pihel, *expiavit*.

Tertia Conjugatio, characterem habet ה *præfixum*. R.46.

Activa (à forma) HIPHIL, *Præteriti primam syllabam habet cum* (.) *reliquorum temporum cum* (-) *Secunda radicalis adsciscit sibi* י *vel* (..)

Passiva (itidem à forma) HOPHAL, *sub literis characteristicis habet* (ׇ) *vel* (ֳ) Et terminatur in tempore finito in (-) in Infinito in (..) In Participio in (ָ)

Nota. *Hiphil* significationi Kal ut plurimùm addit, *fecit vel declaravit*; sicque actio transit ad tria: ut, *fecit te comedere mannam*, ubi Deus cibans, Israel comedens, & manna quæ comeditur. *Hophal* verò ut & *Pyhal*, recipit passionem ab incognito agente, (ut, *vastatus est Moab*, ubi non memoratur quis sit vastator, &c.) ideóque Imperativis carent.

Quarta Conjugatio (à punctatione) HITHPAHEL, *originem ducit ex Imperativo Pihel*, & *præposita syllaba characteristica* הִתְ, *formationem* R.47.

mationem & terminationem Pihel retinet.

Notátque ut plurimùm *actionem reciprocam*, eámque vel *realem*: ut, *sanctificabitis vosmet ipsos.* Vel *fictam*: ut, *benedicet se in corde suo*, i.e. imaginabit se esse benedictum, cum tamen reverà non sit. Ideóque *simulatio*, per hanc conjugat. explicatur: ut, *simulavit se divitem. Simula te ægrotum. Simulaverunt se percussos.* Præterea, *actus frequentativus* etiam hîc denotatur: ut, *indesinenter ambulavit. Continuò sese vertit, &c.*

Nota 1. Quando prima radicalis est ex שׁסצ tunc ת charact. postponitur: ut, הִסְתַּבֵּל *oneravit se*, pro הִתְסַבֵּל, הִשְׁתַּמֵּר *custodivit se*, pro הִתְ Sicque ת transpositum, post ז mutatur in ד, post צ in ט, ut הִזְדַּמֵּן *præparavit se*, pro הִתְזַמֵּן Sic הִצְטַדֵּק *justificavit se*, pro הִתְצַדֵּק

2. Quando prima radicalis est ex דטנת tunc ת characterist. per dagesh absorbetur: ut, הִדַּבֵּר pro הִתְדַּבֵּר *fecit se eloqui*, הִטַּהֵר pro הִתְטַהֵר *mundavit se*, הִנַּבֵּא *à se prophetavit*, הִתַּמֵּם *per se perfectus fuit*, pro הִתְ

Ver-

Verbum Nomini necesse est conve- R.48.
nire genere, numero & persona.

Cùm discrepant genere, congruens substantivum subintelligendum est: ut, *Suscipe benedictionem, quam* הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ *attulit* (masc.) *ancilla tua*, (fœm.) pro *minister ancillæ tuæ*. Interdum masculinum jungitur fœminino, laudis & excellentiæ causâ: Et contrà, fœmin. masculino, ignominiæ causâ: ut, אִם יֵצְאוּ בְנוֹת שִׁלוֹ *Si exierint* (masc.) *filiæ* (fœm.) *Shilo*, i.e. tam imperterritæ fuerint ut exeant: It. *Animas* אֲשֶׁר אַתֶּם מְצוֹדוֹת *quas vos* (masc.) *venantes*, (fœm.) i.e. tanquam mulierculæ insidiantes.

2. Cùm discrepant numero, solet distributio notari: ut, *Interroga jumenta, & docebit te*, i.e. unumquodque: ubi Verbi significatio distribuitur in omnibus, sub nomine *jumenti* contentis. *Bestiæ agri clamabit ad te. Fugiunt nemine persequente improbus. Quàm dulcia sunt palato meo eloquium tuum! Efferent se puer in senem. Et agri non fecit cibum, &c.* Aut excellentia: ut, *Sapientiæ ædificavit domum. Et perforabit Domi-*

ni:

ni ejus aurem ejus, &c.

3. Cum duo nomina in Regimine junguntur diverso numero, quandoque Verbum genere & numero respondet posteriori: ut, זְבוּבֵי מָוֶת יַבְאִישׁ *Muscæ mortis fœtere faciet.* קֶשֶׁת גִּבּוֹרִים נְחַתִּים *Arcus fortium confracti.* מִסְפַּר שָׁנִים נִצְפְּנוּ *Numerus annorum absconditi sunt.* וּבָאוּ חֶמְדַּת גּוֹיִם *Et venient desiderium gentium.*

Typus Conjugationum Perfectarum.

R.49. *Hæc sunt omnia Præterita.*

(b) קִיד (..)	(a) קֵד	קַד *Ille.*	(* פְּ * פְּ *Kal.*
קִידָה		קְדָה *illa.*	נִפְ *niph*
Hiphil.	*Pihel, Pohel, & Hithp.*	קַדְתָּ *tu m.*	(a) ⊙ פִּ *pih.*
קִידוּ		קַדְתְּ *tu f.*	⊙ פֻּ *pyh.*
		קַדְתִּי *ego.*	פּוֹ *poh.*
		קְדוּ *illi, a.*	(b) הִפְ *hiph*
		קַדְתֶּם *vos m.**	הָפְ *hoph*
		קַדְתֶּן *vos f.**	⊙ הִתְפַּ *hith*
		קַדְנוּ *nos.*	

Combina syllabas *Pha, Niph. Phik,* &c. cum termination. *Kadh, Kedha,* &c.

&c. sicque in Kal habebis, *Phakadh*, *Phakedha*. In Niph. *Niphkadh*, *Niphkedha*, & sic deinceps. Ubi asteriscus * notat bis pro *Pha*, dicendum esse *Phe*, ut *Phekadhtem*, *Phekadhten*; Et hic circellus ☉ indicat dagesh esse imprimendum literæ sequenti: ut, *Phikkedh*, *Phykkadh*. Literæ vero (*a*) (*b*) denotant terminationes, *Kedh*, *Kidh*, ut *Phikkedh*, *Hiphkidh*, &c.

Nota. Quæ in Kal desinunt in ן, servant illud per omnes personas, præterquàm in tertiis: ut,

קָטוֹן קָטְנָה קָטֹנְתָּ קָטֹנְתְּ קָטֹנְתִּי,
קָטְנוּ קְטָנְתֶּם קְטָנְתֶּן קָטֹנּוּ.

Isti sunt omnes Imperativi & Infinitivi. R. 50.

	(-)	פְּקוֹד	Kal.	(*Infini-*
Postpone		הִפָּקֵד	Niph.	*tiv.* פָּקוֹד
(׳.) *tu* f.		פַּקֵּד	Pih.	*in redu-*
ו *vos* m.		פוֹקֵד	Poh.	*plica-*
נָה *vos* f.	(..)	הַפְקִיד	Hiph.	*tione sui*
		הִתְפַּקֵּד	Hith.	*Verbi.*)

Infinitiv. Pyhal, פֻּקּוֹד Hoph. הָפְקֵד

Hæc

R.51. *Hæc ſunt omnia Futura.*

		illæ	ת vos f.	י illi	ת vos m.	נ nos	ת illa	י ille	ת tu f.	ת tu m.	א Ego	
(-)	פְּקוֹד	.	.	.	.	.	.	.	.	.	·:·	Kal.
(-)	פָּקֵד	–	–	–	–	–	–	–	–	–	∵	Niph.
(-)	פַּקֵּד	:	:	:	:	:	:	:	:	:	–	Pih.
	פֻּקַּד	:	:	:	:	:	:	:	:	:	–	Pyh.
	פוֹקֵד	:	:	:	:	:	:	:	:	:	–	Poh.
(..)	פְקִיד	–	–	–	–	–	–	–	–	–	–	Hiph.
	פְקַד	˙	˙	˙	˙	˙	˙	˙	˙	˙	˙	Hoph
(-)	תְפַּקֵּד	–	–	–	–	–	–	.	.	.	∵	Hith.
		נָה	ו			termin.		י				

Conjunge has literas אתין *cum vocalibus ipſis ſubjectis, iiſque adde voces è regione vocalium poſitas, atque ſic emerget Fut. v. g. Kal: ut,* Ephkodh, Tiphkodh, Tiphkedhi, Jiphkodh, Tiphkodh, Niphkodh, Tiphkedhu, Jiphkedhu. Tiphkodhna, *& ſic in reliquis.*

R.52. *Hæc ſunt omnia Participia.*

(..) מַפְקִיד	Hip.	מְפַקֵּד	Pi.	פּוֹקֵד (-)	Kal.
מָפְקָד	Hop	מְפֻקָּד	Py	פָּקוּד	*Præt.**
מִתְפַּקֵּד	Hith	מְפוֹקֵד	Po	נִפְקָד	Niph.

*Participium Præteritum Kal (vulgò

gò *Pahul* à forma) notat paſſionem adhuc durantem; ſícque differt à Particip. *Niphal*.

Regula generalis.

Character temporis excludit characterem conjugationis: ut, הִפָּקֵד pro הִנְפָּקֵד

Nota. Omnia Verba quarumcunque ſint literarum, vel cujuſcunque Ordinis, juxta hoc Paradigma *Pakadh* inflecti debent, mutatis ſcil. his tribus literis פקד, in tres quaſcunque alterius thematis, v. g. מסר, גמל &c. retentis vocalib. τῶ פקד nec non literis, ante vel pone, vel utrobique aſcitis, ut ſequitur.

Hic ſequitur *Paradigma Explicitum &c.*

Cap. X.

De Verbis Quiescentibus.

VErba Anomala sunt vel Quiescentia, vel Defectiva. *Quiescentia sunt, quæ in Radice habent aliquam literam quiescentem,* אהוי *Defectiva sunt, quæ in Themate habent tres literas mobiles, quarum tamen aliqua inter flectendum excidit, & per dagesh compensatur.*

Ubi nota, quòd non omnia Verba, quæ vocantur *Quiesc.* aut *Defect.* semper sunt anomala, neque etiam in omnibus Conjugationibus aut temporibus; ideóque illa tempora quæ hîc omisimus, pro analogis sunt habenda.

QUIESCENTIA PRIMA
Radicali א, ut אָמַר *dixit.*

R. 53. *Quinque hæc verba,* אָמַר dixit, אָכַל comedit, אָבַד periit, אָבָה voluit, אָפָה coxit, *semper primam syllabam Futuri Kal faciunt* ֹ : *ut,*
אָמַר (..) (.:) תֹּאמַר תֹּאמְרוּ יֹאמַר
תֹּאמַר נֹאמַר &c.

Hæc tria, אָהַב dilexit, אָחַז tenuit,

it, אָסַף collegit, *aliquando regula huic parent.*

Aliàs semper sunt regularia, nisi quòd *alterum* א *in prima persona singulari per omnia conjugationum Futura,* (ne duo א concurrant) *exturbatur:* ut Pih. אֲאַבֵּד pro אֲבַּד *perdam*, Hiph. אָזִין pro אֶאֱזִין *auscultabo.*

QUIESCENTIA PRIMA
Radicali (י) ut יָשַׁב *sedit.*

Prima radical. (י) *ab Imperativo & Infinitivo Kal exulat:* ut, שֵׁב sede, *pro* יְשֵׁב. *Et Infinitiv.* ת... *assumit:* ut, שֶׁבֶת sedere. At יָצָא facit צֵאת *exire.* Quòd si ultima fuerit ע, exit in ת-- ut, דַּעַת *scire.* (Ad hunc modum reperitur, לֶדֶת *ad pariendum*, pro לֶדֶת ex יָלַד 1 *Sam.* 4. 19.) R.54.

In Futuro Kal, prima radic. (י) *sub literis* אתין *occultatur in* (..) ut אֵשֵׁב *sedebo.* R.55.

Vel quiescit in (.) ut, אִיטַב *benefaciam.*

At יָכוֹל *potuit*, mutat (י) in ו ut, אוּכַל *potero.*

In Præt. & Partic. Niphal (י) R.56.
shevan-

sbevandum transit in ֹ, ut, נוֹשַׁב pro נִיְשַׁב. *In Futuris & Infinit. dageshandum,* (quò ipsum dagesh perceptibilius fiat) *vertitur in* ו *mobile:* ut, הִוָּשֵׁב pro הִיָּשֵׁב

R.57. *Per totum Hiphil* (י) *sbevandum transit in* ֹ. *Per totum Hophal in* ֻ ut, הוֹשִׁיב pro הֶיְשִׁיב Hoph. הוּשַׁב pro הֻיְשַׁב

Exc. quatuor, in quibus (י) in Hiph. quiescit in (..) ut, הֵיטִיב *benefecit,* הֵימִין *dextravit,* הֵינִיק *lactavit,* הֵילִיל *ejulavit.*

Nota. Conjugationes Dageshatæ, sunt regulares, nisi quòd in his tribus, in tertia persona Fut. Pih. (י) radicale supprimitur: ut, יְבַּשׁ pro יְיַבֵּשׁ *arescet,* יַגֶּה *mœrore afficiet,* יַדּוּ *projecerunt,* pro יְיַדּוּ

2. Quatuor in Hithpah. mutant primam (י) in cognatum ו: ut, הִתְוַדָּה *confessus est* (à יָדָה) הִתְוַדַּע *præbuit se cognoscendum,* הִתְוַכַּח *disceptavit,* הִתְוַסֵּר *seipsum erudivit.*

Typus Quiescent. primâ (י).

Præterit.

Niph. נוֹשַׁב נוֹשְׁבָה נוֹשַׁבְתָּ תְּ תִּי &c.

Hiph.

Hiph. הוֹשִׁיב (..) הוֹשִׁיבָה הוֹשַׁבְתָּ, תְּ, תִּי

Hoph. הוּשַׁב הוּשְׁבָה הוּשַׁבְתָּ, תְּ, תִּי

Imperat.

Kal. שֵׁב (-) שְׁבִי שְׁבוּ שֵׁבְנָה

Niph. הִוָּשֵׁב הִוָּשְׁבִי &c.

Hiph. הוֹשֵׁב (.י) הוֹשִׁיבִי &c.

Futur.

Kal. אֵשֵׁב (-) תֵּשֵׁב תֵּשְׁבִי יֵשֵׁב &c.

Niph. אִוָּשֵׁב תִּוָּשֵׁב תִּוָּשְׁבִי יִוָּשֵׁב

Hiph. אוֹשִׁיב (..) תּוֹשִׁיב תּוֹשִׁיבִי יוֹשִׁיב

Hoph. אוּשַׁב תּוּשַׁב תּוּשְׁבִי יוּשַׁב

Particip.

Niph.	נוֹשָׁב		יִם *m.* pl.
Hiph.	מוֹשִׁיב (..)	}	ֶת, ָה *f.* sing.
Hoph.	מוּשָׁב		וֹת *f.* pl.

QUIESCENTIA SECUNDA ו vel י, ut קוּם *surgere*, שִׂים *ponere*.

Dicuntur Quiescentia secundâ, respectu Infinitivi Kal, ut קוּם *surgere*: nam in Præterito rectiùs assignaretur ו mobile, ut analogicè esset קָוַם

Nota. Quiesc. verò secundâ (י) flectuntur in Hiph. tantùm, more Quiesc. secundâ ו

Secunda radic. ו *in Conjugationibus non dageshatis*, (i.e. prima & tertia) *expungitur cum prævia vocali.* R. 58.

Et

Et si adsint literæ præformantes, defectus ejus (excepto Imper. Fut. & Infin. Niph.) *per* (ֵ) *compensatur. In Præterito & Particip. Hiph. per* (..) *In toto Hoph. per* ו.

At בּוֹשׁ *erubuit*, sub augmentis Fut. Kal gestat (..) ut, אֵבוֹשׁ תֵּבוֹשׁ תֵּבֹשִׁי &c.

R.59. *Præteritum & Participium Kal terminatur in* (ָ) ut, קָם *surrexit & surgens.* Bis in (..) ut, מֵת *mortuus est*, לֵץ *derisit.* Quater in ו, ut, אוֹר *luxit*, בּוֹשׁ *erubuit*, טוֹב *bonus fuit*, זוֹר *alienatus est*, quod ו per omnes personas Præteriti manet.

R.60. *Futurum utrumque & Infinit. Kal, ut plurimùm desinit in* ו, ut, קוּם *pro* קְוּוֹם, אָקוּם *pro* אֶקְווֹם.

Quædam tamen terminantur in ו, ut, בּוֹא *venire.* At quorum tertia est gutturalis aut ר, desinunt in (-) maximè cum ו conversivo: ut, וַתָּנַח *& quievit*, וַיָּסַר *& removit.*

R.61. *Totum Niphal exit in* ו, ut נָקוֹם *pro* נִקְוֹם *vel* נִקְווֹם Quod ante aliud ו migrat in ו, ut, נְקוּמוֹת.

R.62. *Ante afformantes syllabas*, תִּי תָ תְּ, תֶּם, תֶּן, נוּ, *in Præter. Niph. & Hiph. assu-*

aſſumitur וֹ, *ut*, הֲקִימוֹתָ, נְקוּמוֹתָ *vel* הֲקִימוֹתִי, הֲקִימוֹת, הֱקִימוֹתָ

Et aliquando in Hiph. omittitur וֹ, & tunc ordinarium (-) retinetur: ut, הֲקַמְתִּי, הֱקַמְתָּ, הֱקַמְתְּ

Sícque flectitur בּוֹא, niſi quòd א quieſcit in (..) ut, הֱבֵאת, הֱבֵאתָ, הֱבֵאתִי

Typus Quieſcent. ſecundâ ו

Præterit.

Kal קָם קָמָה קַמְתָּ, תְּ, תִּי קָמוּ
Ni. נָקוֹם נָקוֹמָה נְקוּמוֹתָ, וֹת, וֹתִי, נָקוֹמוּ
Hi. הֵקִים הֵקִימָה הֲקִימוֹתָ, וֹת, וֹתִי &c.
Ho הוּקַם הוּקְמָה הוּקַמְתָּ, תְּ, תִּי

Imperat. & Infinit.

Kal. קוּם (וֹ) קוּמִי קוּמוּ קֹמְנָה
Niph. הִקּוֹם
Hiph. הָקִים (..)

Nota. Duodecim in Hiph. aphæreſin characteriſticæ literæ ה patiuntur: ut, בִּין pro הָבִין *intellige*, גִּיל *exulta*, דִּין *judica*, לִין *pernocta*, נִיר *novella*, חִיל *time*, רִיב *contende*, שִׂיחַ *loquere*, שִׂים *pone*, שִׁיר *canta*, שִׂישׂ *gaude*, שִׁית *pone*.

Futurum.

Kal. אָקוּם (וֹ) תָּקוּם תָּקוּמִי יָקוּם &c.

אֶקּוֹם תִּקּוֹם תִּקּוֹמִי יִקּוֹם Niph

אָקִים תָּקִים (..) תָּקִימִי יָקִים Hiph

אוּקַם תּוּקַם תּוּקְמִי יוּקַם Hoph

Particip.

קָם קָמִים קָמָה קָמוֹת Kal.

נָקוֹם נְקוֹמִים Niph.

מֵקִים (..) מְקִימִים Hiph.

מוּקָם מוּקָמִים Hoph.

R.63. *Conjugationes Graves*, (i.e. secunda & quarta) *loco dagesh assumunt* ו *& tertiam geminant: flectuntúrque ad modum Pohel*, ut, Pih. קוֹמֵם pro קִוֵּם Pyh. קוֹמַם Hithp. הִתְקוֹמֵם

Vel geminant primam & tertiam, excluso ו, *ut* כִּלְכֵּל sustentavit, *pro* כִּוֵּל

QUIESCENTIA TERTIA א, ut מָצָא *invenit*.

R.64. *Finita* א, *sequuntur analogiam* פָּקַד, *nisi quòd* א *in toto Kal*, (ut & tertiis personis masculin. Præteritorum Passivorum, necnon Futuris Pyhal & Hophal,) *quiescit in* (ָ) *in reliquis in* (..)

At in his quatuor טָמֵא *polluit*, יָרֵא *timuit*, מָלֵא *implevit*, שָׂנֵא *odio habuit*,

buit, א per omnes personas Præteriti Kal quiescit in (..)

Typus Quiescent. tertiâ א.
Præterit.

Kal מָצָא מָצְאָה מָצָאתָ מָצָאת מָצָאתִי
Ni. נִמְצָא נִמְצְאָה נִמְצֵאתָ נִמְצֵאתְ &c.
Pi. מִצֵּא מִצְּאָה מִצֵּאתָ מִצֵּאת מִצֵּאתִי
Py. מֻצָּא מֻצְּאָה מֻצֵּאתָ et sic in reliquis.

Nota. Personæ exeuntes in ה· ו vel (ʼ.) flectuntur regulariter: ut, מָצְאוּ מָצְאָה

Imperativ. & Infinit.

מְצָא (a) מִצְאִי { *Kal.* & sic in
(b) מִצְאוּ מְצֶאנָה { reliquis.

(a) Infinitivi aliquando exeunt in וֹת more Quiesc. tertiâ ה: ut, מְצוֹת

(b) In Futuro utroque ante syllabam נָה, per omnes Conjugationes, א quiescit in (∵)

Futur.

Kal. אֶמְצָא תִּמְצָא תִּמְצְאִי יִמְצָא &c.
Pyh. אֲמֻצָּא תְּמֻצָּא תְּמֻצְאִי יְמֻצָּא
Hop. אָמְצָא תָּמְצָא תָּמְצְאִי יָמְצָא

Participia sunt analoga, nisi quòd fœminorum ת... contrahitur in ת.. ut, מוֹצֵאת pro מוֹצֵאֶת Et *Pahul* Kal, aliquando mutat א in (ʸ) more qui-

esc. tertiâ ה, ut נָשׂוּי *levatus*, pro נָשׂוּא

QUIESCENTIA TERTIA ה, ut, גָּלָה *revelavit.*

R.65. *Quiescentium tertiâ* ה, *omnia Præterita masculina terminantur in* (ָ) ut גָּלָה

Fœminina in תָה ut, גָּלְתָה ex Chald. in ת ut גָּלָת

Imperativi in (..) ut גְּלֵה

Futura & Participia in (ֶ) ut, אֶגְלֶה

Infinitivi in ה ut גְּלֹה & per Apocopen גְּלוֹ *Gerundia in* וֹת ut לִגְלוֹת *Pahul Kal mutat* ה in (ו) ut גָּלוּי

R.66. ה *Radicale in medio syllabam terminans, mutatur in* (ו) *quiescens in* (.) *vel* (..) quod fit in primis & secundis person. Præteritorum : ut, גָּלִיתָ pro גָּלַהְתָּ, גָּלִינוּ pro גָּלַהְנוּ In Imperativis a. & Futuris, ante syllabam נָה, (ו) præmittit sibi (ֶ) ut, גְּלֶינָה pro גְּלֶהְנָה

Syllabam inchoans, unà cum puncto præcedenti abjicitur: quod fit ante afformativum י. & ו, ut גָּלוּ pro גָּלְהוּ, גְּלִי pro גְּלֵהִי

Atta-

Attamen ה abjiciendum, aliquando in (ו) mobile transit: ut, חָסָיָה *confidit*, חָסָיוּ *confiderunt*, בְּעָיוּ *quærite*, יִרְבָּיוּן *augebuntur*.

Notæ. 1. Quando Quiesc. tertiâ ה, prima & secunda thematis geminantur, augetur significatio: ut יְפֵיפִיתָ *pulcherrimus factus es*: Composit. ex Pyh. & Kal: ex Pyh. יְפֵי ex Kal יָפִיתָ

2. Verbum שָׁחָה *incurvavit se*, in Hith. ante ה semper assumit ו, ut, הִשְׁתַּחֲוָה, הִשְׁתַּחֲוִיתָ

Typus Quiesc. tertiâ ה

Præterit.

Kal. גָּלָה גָּלְתָה גָּלִיתָ גָּלִית גָּלִיתִי גָּלוּ
Nip. נִגְלָה נִגְלְתָח נִגְלֵיתָ לֵית לֵיתִי נִגְלוּ
Pih. גִּלָּה גִּלְּתָה גִּלִּיתָ לִּית לִּיתִי גִּלּוּ
Py. (ֻ) גֻּלָּה גֻּלְּתָה גֻּלֵּיתָ גֻּלֵּית &c.
Hip. הִגְלָה הִגְלְתָה הִגְלֵיתָ לֵית &c.
Hop הָגְלָה Hithp. הִתְגַּלָּה

Imperat.

Kal. גְּלֵה גְּלִי גְּלוּ גְּלֶינָה
Niph. הִגָּלֵה
Pih. גַּלֵּה
Hiph. הַגְלֵה
Hithp. הִתְגַּלֵּה

Futurum.

אֶגְלֶה תִּגְלֶה תִּגְלִי יִגְלֶה תִּגְלֶה Kal.

נִגְלֶה תִּגְלוּ יִגְלוּ תִּגְלֶינָה *Plur.*

&c. אִגָּלֶה תִּגָּלֶה תִּגָּלִי יִגָּלֶה Nip.

&c. אֲגַלֶּה תְּגַלֶּה תְּגַלִּי Pih.

אַגְלֶה Hiph. אֲגֻלֶּה Pyh.

אֶתְגַּלֶּה Hithp. אָגְלֶה Hop.

Particip.

גּוֹלֶה גּוֹלָה גּוֹלִים גּוֹלוֹת Kal.

גָּלוּי גְּלוּיָה גְּלוּיִם גְּלוּיוֹת *Pahul.*

מַגְלֶה Hiph. | נִגְלֶה Niph.

מָגְלֶה Hoph. | מְגַלֶּה Pih.

מִתְגַּלֶּה Hithp. | מְגֻלֶּה Pyh.

R.67. *Propter* ו *Conversivum & particulam* אַל־ (ne) (absque his rarius) *Futura quiescentium tertiâ* ה *apocopantur.*

Imperativorum apocope est tantùm in Pihel, Hiph. & Hithp. ut, צַו *præcipe*, pro צַוֵּה, הַט *inclina*, pro הַטֵּה, הִתְגַּל *retege te*, pro הִתְגַּלֵּה. Sed Futurorum per omnes Conjugationes. Sicque ה apocopatur:

1. Cum vocali, ut וַיַּעַשׂ *& fecit*, pro יַעֲשֶׂה, וַיַּרְא *& vidit*, quod formâ est ex Hiph. significatione ex Kal pro יִרְאֶה (semel habet geminum Accusativum post se, ideóque est ex Hiph. וירא

וַיַּרְא אוֹתָם אֶת־בֶּן *& videre fecit eos filium*, 2 Reg. 11.4.)

2. Trajectâ vocali (ְ) ad primam radicalem, ut וַיִּבֶן *& ædificavit*, ex יִבְנֶה

3. Quandoque augmenta initialia in Kal, assumunt (ֵ) ut וַיֵּבְךְ *& flevit*, ex יִבְכֶּה, וַתֵּרֶב *& multiplicavit*, ex תִּרְבֶּה, וַיֵּט *& inclinavit*, à נָטָה pro יִטֶּה.

4. In Hiph. quædam scribuntur cum duplici (ֶ) ut, הֶרֶב *multiplica*, ex הַרְבֵּה, יֶפֶר *fructificabit*, ex יַפְרֶה

Vel cum duplici (-) si prima fuerit gutturalis, ut הַעַל *ascendere fac*, יַעַל *faciet ascendere*. Aut cum (ֶ) & (-) ob secundam, gutturalem: ut, הֶתַע *errare fac*, אַל־תֶּמַח *ne delere sinas*.

5. Specialiter hæc duo הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit*, in Futuro Kal sic apocopantur; ut, אֱהִי תְּהִי יְהִי נְהִי

Nota. In Futuro utroque, ה syllabæ afformativæ נָה sæpè etiam apocopatur; ut, שְׁמַעַן *audite*, quasi ex שְׁמַעְנָה, תִּלְבַּשְׁן *induent*.

Cap. XI.

De Verbis Defectivis.

DEFECTIVA PRIMA נ, ut, נָגַשׁ *accessit.*

R.68. נ *Initiale shevatum in Imperativo & Infinitivo Kal abjicitur:* ut, גַּשׁ *accede*, ex נְגַשׁ *Et Infinitivus* ת... *assumit*, ut, גֶּשֶׁת Quòd si ultima fuerit ע vel ח exit in ת_ ut טַעַת *plantare*, פַּחַת *flare.* Irregulare est תֵּת pro תֶּנֶת *dare:* & cum ה parag. תְּנָה *ponere*, pro *posuisti.*

R 69. נ *Medianum shevatum post literas* Heemanthi, *in dagesh commutatur*, ut, אֶגַּשׁ pro אֶנְגַּשׁ Fit autem hoc in Fut. Kal, Præterito & Partic. Niph. toto Hiph. & Hoph.

Quòd si media sit gutturalis, נ manet, ut, תִּנְאַף At in נָחַת & נָחַם abjicitur: ut, יֵחַת (pro יִנְחַת) *descendet*, נִחַם (pro נִנְחַם) *condoluit.*

Notæ. 1. Sunt 9 Verba incipientia à (י) in quibus (י) aliquando commutatur in dagesh; ut, וְאֶסְּרֵם *& castigabo eos*, à יָסַר Sic הִנִּיחַ *collocavit*, à יָנַח, חִקִּיף *circumegit*, à יָקַף Reliqua

qua 6 habent mediam radicalem צ suntque יָצַב *constitit*, יָצַג *statuit*, יָצַע *substravit*, יָצַק *fudit*, יָצַר *formavit*, יָצַת *succendit*.

2. Duo ex incipientibus à ל, hanc anomaliam etiam imitantur: ut, לָקַח *accepit*. Imper. Kal קַח Infinit. קַחַת Fut. אֶקַּח Hoph. אֻקַּח Et semel לָתַע in Niph. נִתָּעוּ *evulsi sunt*.

Typus Defectivor. primâ נ

Præterit.

Niph. נִגַּשׁ נִגְּשָׁה נִגַּשְׁתָּ, תְּ, תִּי &c.

Hiph. הִגִּישׁ הִגִּישָׁה הִגַּשְׁתָּ

Hoph. הֻגַּשׁ הֻגְּשָׁה הֻגַּשְׁתָּ et sic deinceps.

Imperat.

Kal. גַּשׁ (..) (ְ) גְּשִׁי גְּשׁוּ גַּשְׁנָה

Hiph. הַגִּישׁ (..)

Futur.

Kal. אֶגַּשׁ (..) (ְ) תִּגַּשׁ תִּגְּשִׁי יִגַּשׁ &c.

Hiph. אַגִּישׁ (..) תַּגִּישׁ תַּגִּישִׁי יַגִּישׁ

Hoph. אֻגַּשׁ תֻּגַּשׁ תֻּגְּשִׁי יֻגַּשׁ &c.

Particip.

Niph. נִגָּשׁ

Hiph. מַגִּישׁ Hoph. מֻגָּשׁ

DEFECTIVA SECUNDA, sive Geminantia secundam, ut סָבַב *circumdedit.*

R.70. *Habentia secundam & tertiam literam eandem: in conjugationibus Levibus,(i.*prima & tertia*) syncopant mediam radicalem cum præcedenti vocali, ut,* סַב ex סָבַב circumdedit.

Ac si adsint literæ præformantes, defectum secundæ, vocali longâ compensant: ut, אָסוֹב pro אֶסְבּוֹב *Sin autem vox in fine crescat, in tertiâ, per dagesh;* ut, סַבָּה

R.71. *Ante afformativum* תִּי תְּ תָּ נוּ תֶּן תֶּם נָה *per omnia Præterita assumitur* ו; ut, סַבּוֹתָ, סַבֹּנוּ *Ante Futurorum,* (ו) *præcedente* (..) ut תְּסֻבֶּינָה, סֻבֶּינָה

Typus Geminant. secundam.

Præterit.

סַב סַבָּה סַבּוֹתָ סַבּוֹת סַבּוֹתִי סַבּוּ Kal.
נָסַב נָסַבָּה נְסַבּוֹתָ וֹת וֹתִי נָסַבּוּ Nip.
הֵסֵב הֵסֵבָּה הֲסִבּוֹתָ וֹת וֹתִי הֵסֵבּוּ Hip.
&c. הוּסַב הוּסַבָּה הוּסַבּוֹתָ Hop

Imperat. & Infinit.

סֹב (-) סֹבִּי סֹבּוּ סְבֶּינָה Kal.
Niph.

הִסַּב הִסַּבִּי Niph.

הֵסֵב הֵסֵבִּי הֵסֵבּוּ הֲסִבֹּינָה Hiph.

Futur.

אָסֹב (-)תָּסֹב תָּסֹב תָּסֹבִּי יָסֹב &c. Kal.

אִסַּב תִּסַּב תִּסַּבִּי יִסַּב Niph

אָסֵב תָּסֵב תָּסֵבִּי יָסֵב Hiph

אוּסַב תּוּסַב תּוּסַבִּי יוּסַב Hoph

Particip.

נָסָב נְסַבִּים Niph.

מֵסֵב מְסִבִּים Hiph. } ה, וֹת, ת

מוּסָב מוּסַבִּים Hoph

Conjugationes Graves (i.e. secunda & quarta) *loco dagesh assumunt* ו, ut, סוֹבֵב pro סִבֵּב Pyh. סוֹבַב Hithp. הִסְתּוֹבֵב R.72.

Vel geminant primam, & secundæ postponunt : ut, גִּלְגֵּל à גָּלַל volvit.

DEFECTIVA TERTIA נ vel ת, ut שָׁכַן *habitavit*, כָּרַת *excîdit*.

Quando tertia radicalis נ *vel* ת, *cum formativo* נ *vel* ת *concurrit, tunc prius* נ *vel* ת, *in dagesh forte deficit* : ut, שָׁכַנּוּ pro שָׁכַנְנוּ *habitavimus*. תִּשְׁכֹּנָּה pro תִּשְׁכֹּנְנָה *habitabunt*. Sic כָּרַתָּ pro כָּרַתְתָּ *exscidisti*: R.73.

נבטתי

נִבְעַתִּי *consternatus sum.* Ubi in his & similibus exemplis נ & ת deest, non quoad sonum, sed quoad figuram.

Et sic etiam נָתַן *dedit*, semper postremum ן ante ת in Præterito Kal amittit: ut, נָתַתָּ נָתַתְּ נָתַתִּי Aliquando & primum; ut, תַּתָּה *dedisti*, 2 Sam. 22. 41.

Appendix de Verbis *dupliciter Imperfectis.*

Dupliciter Imperfecta sunt, vel quæ ab utroque extremo gestant literam Quiescentem: ut, אָבָה *voluit*, Fut. Kal, אֹבֶה, תֹּאבֶה &c. vel quæ utrinque sunt Defectiva, ut יָצַת *ustus fuit*, Præt. Niph. נִצַּת, נִצַּתָּ, נִצַּתִּי &c.

Vel quæ habent secundam radical. ו & tertiam ת, ut מוּת *mori*, Præt. Kal, מֵת, מַתָּ, מַתִּי.

Vel quæ habent primam (י) vel נ et tertiam א vel ה, ut, יְדָה Imper. Hiph. הוֹדוּ pro analogo, הַיְדִיהוּ *celebrate*, נָשָׂא Fut. Kal אֶשָּׂא pro regulari אֶנְשָׂא *feram*. נָטָה Præt. Hiph. הִטּוּ pro integro

integro הִנְטִיוהו *inclinârunt.*

Præterea, sunt quædam *Formæ Mixtæ*, ex diversis Conjugationib. & Temporib. ut יִרַדֹּף *persequetur*, ex Fut. Kal יִרְדֹּף & Pih. יְרַדֵּף Itémque ex diversis ordinibus, ut שַׁתּוּ *posuerunt*, formâ ex שָׁתַת significatione ex שׁוּת Ità מִלּוּ *impleverunt*, pro מָלְאוּ more Quiescent. tertiâ ה &c. Hæc omnia non egent novis regulis, sed tantùm Regularum artificiosâ applicatione.

Cap. XII.

De septem literis Præfixis Mosche vecaleb.

מ *pro* מִן (A, ab, de, è, ex, præ, propter) *præfigitur dageshabili per* (.) *sequente dagesh. Indageshabili per* (..) ut, מֵבַּיִת *è domo*, מֵאֲדֹנָי *à Domino*: quod etiam imitatur מֵיְהוָֹה *à Jehova.* R.74.

Nota. מ aliquando negationem includit, (vide suprà R.41.) venítque ante nomina & adverbia cum ellipsi verbi substantivi: ut, מִמֶּלֶךְ *nè* (sis) *rex.*

rex. Removit paludamentum suum מֵעָלָיו *nè* (sit) *super se. Exiit* מֵעִם *ne* (esset) *cum Pharaone.*

R.75. שֶׁ (ex אֲשֶׁר) *præfigitur per* (ֶ) *sequente dagesh.* Habétque vim, modò Relativi, modò Conjunctionis causalis: ut, שֶׁכָּךְ *quòd sic.* Sin habeat ante se כ, notat *quando*: ut, כְּשֶׁסָּכָל *quando stultus*, כְּשֶׁיִּפּוֹל *quando cecidit.* Legitur etiam (sed multò rariùs) cum (ַ) & (ְ) ut, שַׁקַּמְתִּי *quòd surrexi*, שְׁהוּא *quòd ipse.* Semel cum (ָ) שָׁאַתָּה *qui tu.*

R.76. ה *Emphaticum & Relativum, præfigitur per* (ַ) *sequente dagesh.* Illud Nominibus, hoc Præteritis & Participiis: ut, הַשָּׂם *qui posuit*; quod semel latet in ב, ut, בַּהֵכִין *in* (loco) *quem præparavit*, pro בְּהַהֵכִין

Sequente gutturali kametzata, punctatur cum (ֶ) ut, הֶחָכָם *sapiens ille.* Quòd si gutturalis sit cum alio puncto, aut si sequatur ר, gestat (ָ) ut, הָהֵם *illi ipsi*, הָרָשָׁע *improbus ille.*

Nota. Nomina propria itémque appellativa in Regimine posita, vel affixis juncta, ה Emphaticum respuunt.

unt. 2. Pronomina tertiæ personæ, sæpè cum eo luxuriant: ut, הַהוּא *ille ipse*, הַזֶּה *hic iste*.

ה *Interrogativum & Admirationis præfigitur per* (-:) ut, הֲיֵשׁ *an est?* הֲשֹׁמֵר *num custos?* Sequenti gutturali kametsata, habet (·:) ut הֶאָפֵס *num desiit?* Subsequente gutturali cum alio puncto quàm (·) aut sequente literâ shevatâ, gestat nudum (-) ut, הַהֵם *an illi?* הַיְסֻפַּר *an enarrabitur?* At ante serviles כלב poscit (-) sequente dagesh: ut, הַכְּמוֹת *num sicut mors?* הַלְּבֵן *num filio?* R.77.

Nota. ה Erotematicum sæpè deest, & modulando in pronuntiatione suppletur: ut, *Malum* לֹא *non accipiemus?* Sic Job 3.25. *Non quiescebam? non tranquillus eram? non requiescebam?* Sic *Trahes Leviathan hamo?* Ita Mich 5. *Tu Beth-lehem* צָעִיר *parva es?* id est, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ. Interrogatio enim sine negatione negat, & cum negatione affirmat.

ו *Copulativum regulariter accipit* (:) ut, וְדֶרֶךְ & via. *Sequente Labiali vel Shevata, assumit* וּ ut, וּבְדֶרֶךְ & in via. *Prope accentum distinctivum*

poscit

poscit (־) ut, וְדָרֶךְ maximè cùm duo nomina junguntur in sensu uno, ut, עָנִי וָרָשׁ *afflictus & pauper.*

Nota. ו sumitur aliquando adversativè, *sed, tamen.* 2. Disjunctivè, *aut*, idque in duabus quasi distinctis speciebus, vel ejusdem speciei individuis: ut, *Qui tetigerit hunc virum & (aut) uxorem ejus. Qui percusserit patrem & (aut) matrem ejus, morietur. Paupertatem & (aut) divitias nè dederis mihi.* 3. Est explicativum, *id est*: ut, *Fuitque aurum illud Gideoni et* (Jun. id est) *familiæ ejus in tendiculam.* In N.T. *Deus et* (id est) *Pater Domini nostri.* 4. Est nota similitudinis, *sic*: ut, *Ut transit turbo, &* (sic) *non est improbus.* In N.T. *Ut in cœlo & in terra.* 5. Post totum denotat partem nobiliorem; ut, *Salomon amabat multas filias alienigenas, & filiam Pharaonis. Liberavit eum è manu hostium, & Saulis. Fulcivisti manus meas, & dextram. Luminaria & sol. Judæa & Jerusalem.* In N.T. *In Prophetis & Mose. Cum mulieribus & matre Jesu,* &c.

2. ו aliquando redundat: ut, *Et filii*

filii Tzibonis & Haja & Hana, (Jun. *tum Haja, tum Hana*) Job 23. 12. *Præceptum labiorum ejus* וְלֹא *& non dimovi.*

ו *Conversivum Futuri, præfigitur per (-) sequente dagesh;* commutátque significationem Futuri in Præteritum: ut, וַיִּפְקוֹד *& visitavit.* Idem præstat particula אָז; ut, אָז יָשִׁיר *tunc cecinit,* אָז יְדַבֵּר *tunc locutus est.* R.79.

Conversivum Præteriti, non distinguitur punctatione à Copulativo, sed solùm accentum trajicit ad ultimam: ut, וְיָשַׁבְתָּ *& sedebis,* ex יָשַׁבְתָּ *sedisti.*

Nota. In continuata sententia, unum tempus, plerunque transit in naturam alterius. Itaque si Futur. præcesserit, & sequatur Præterit. illud Præterit. per Futur. reddendum, & contra: ut, וְהָיָה (præt.) *& erit sicut arbor* &c. *quæ* יִתֵּן (fut.) *dabit. Et cum fœmellam* תֵּלֵד (fut.) *pariet,* וְטָמְאָה (præt.) *& immunda erit.*

Literæ כלב *communiter notantur cum* (:) Sed ל ante monosyllabam aut Milhel, gestat (ָ) ut, לָעָם *populo,* לָבֶטַח *in fiducia.* Quod etiam ב & R.80.

ב cum

כ cum plerisque Pronominibus imitantur: ut, בָּזֶה *in hoc*, כָּזֹאת *secundùm istud.*

At in his tribus: לְאֹם *natio*, לְאַט *sensim*, לְבַד *seorsim*, ל non est Præfixum, sed tantùm Prostheticum, per se nihil significans.

Notæ. 1. כ pro כֵּן est vel *similitudinis*, sicut, circiter, juxta, secundùm; vel *veritatis*: ut, Nam erat כְּאִישׁ אֱמֶת *ut vir veritatis*, i.e. verè fidelis. כַּיּוֹם *sicut hodie*, i. e. tam verè ut hodiernus dies est. In N. T. *Gloriam ejus sicut unigeniti*. Aliquando כ deest, *Sion arabitur* (sicut) *ager*.

2. ל pro אֶל modò est articulus, modò præpositio, *ad*, *de*, *juxta*, *secundùm*, *per*, *pro*, *vice*, *inter*, *in*. Sícque post verbum substantivum eleganter in nominativum resolvitur: ut, *Estote in viros*, i. e. viri. *Erúntque in carnem unam*, Matth. 19. 5. εἰς σάρκα μίαν, id est, caro una. Sic, *hi tres*, εἰς ἕν εἰσι, *in unum sunt*, i.e. unum.

3. ב *in*, est vel auxilii & instrumenti; ut, בְּחַרְבִּי *in gladio meo*, i.e. gladio. *Baptizo vos* ἐν ὕδατι *in aqua*, i.e. aqua. Vel materiæ, *ex*; vel comitatûs,

tatûs, *cum, inter*. Vel periphraſis, adverbii : ut, בְּמִרְמָה *in dolo*, i.e. doloſè : *in aſtutia*, i.e. aſtutè. Et deficiente ב ut, מְהֵרָה pro בִּמְהֵרָה *velociter*. Sic מֵישָׁרִים *rectitudines judicabo*, i.e. rectiſſimè.

Literæ כלב *plerunque* ה *Emphaticum excludunt, ejúſque vocalem poſſident.* R.81.

Idem accidit ה characteriſt. Infinit. Niph. & Hiph. ut, בִּכָּשֵׁל pro בְּהִכָּשֵׁל *in impingendo*, לַנְפִּיל pro לְהַנְפִּיל *ad cadere faciendum*.

Literæ וכלב *ante* { אֱלֹהִים / אֲדֹנָי } *habent* { ‥ / - } *ipſúmque* א *puncto proprio privant*: ut R.82.

וַאדֹנָי וֵאלֹהִים בַּאדֹנָי בֵּאלֹהִים Quod etiam imitatur Infin. Kal; לֵאמֹר *dicendo*, pro לֶאֱ

Idem uſu venit in nomine יְהוָה ; ut, בַּיהוָה לַיהוָה וַיהוָה

Particulæ מכלב *ſæpe ſyllabicas adjectiones* מו פִי דֵי *aſſumunt : ut*, מִדֵּי *ex*, בְּדֵי *in*, כְּדֵי *ſicut*, לְפִי & כְּפִי *ſecundùm, juxta*. Uſitatiſſimum verò eſt כְּמוֹ *ſicut*, quod ſi ſit cum affixis Gravibus, habet (:) ut, כְּמוֹהֶם *ſicut illi*, cum Levibus (ָ) ut, כָּמוֹנִי *ſicut ego*, כָּמוֹךָ *ſicut tu*. R.83.

CAP.

CAP. XIII.

De Affixis.

R.84. *AFfixa sunt Pronomina truncata, quæ tergo vocum apponuntur*, & postremæ *literæ* conjunctæ vocis, certa quædam puncta subjiciunt.

Sin a. vox desinat in vocalem (ֵי.) vel ו, Affixa simpliciter, absque ullo præeunte puncto, sed prout sunt in Tabella, vocibus affiguntur.

Affixorum est hæc Tabella.

fœm.	*masc.*	*f.*	*m.*	*com.*	
ה נָּה	ו הוּ	ךְ	ךָ	י ִנִי נִּי	*Sing*
ן הֶן	ם הֶם	כֶן	כֶם	נוּ נּוּ	*Plur*
Tertiæ		*Secundæ*		*Primæ*	

R.85. י *subjicit Nominib. singularib. & Infinit.* (.) *Pluralibus* (-) Significat *mihi, me, meus, a, um*, per omnes casus.

R.86. נִי- *præterit. masculin.* נִי: *fœminin.* נִי.. *reliquis.* Significat *mei, mihi, me*, competítque verbis.

R.87. נוּ. *præter, masc.* נוּ: *fœmin.* נוּ.. *reliquis.*

liquis. Significat, *nos*, *nobis*, *Noſter, a, um.*

ךָ: *ſingularibus & Verbis*, ךָ.. *plu-* R.88.
ralib. Significat *tuus, a, um, tibi, te.*
Et aliquando aſſumit ה paragog.
ſitque כָה׃

ךְ.. *Nominibus ſingularibus &* R.89.
Verbis, ךְ׳- *pluralibus.* Signific. idem
quod maſc. ךָ

ו jungitur *ſingularib. & Verbis* R.90.
per Hholem, Pluralib. per (׳) Signi-
ficat *Illius, illi, illum.* Et loco ו poni-
tur aliquando ה, ut, שִׁירֹה *canticum*
ejus : vel נוּ, ut, יֶשְׁנוּ *eſt illi.*

הוּ. *eſt Præteritor. maſculinor.* הוּ: R.91.
fœmininor. הוּ.. *futurorum.* Signifi-
cat idem quod præcedens ו éſtque
proprium verborum, nec cohæret
Nominibus niſi in ה.. finitis : ut, וְעָלֵהוּ
& folium ejus, ex עָלֶה *In futuris*
ſæpe habet נְהוּ.. ut, יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet*
eum. Sed ſæpius contrahitur in נוּ.. ut,
יִפְקְדֶנּוּ *viſitabit eum.*

הּ. *ſuffigitur nominibus ſingulari-* R.92.
bus, raro Verbis. הָ.. *pluralib. & Fu-*
turis. Significat *Illius, illi, illam.* Et
interdum ה amittit Mappik ; ut, לָה
illi : שִׁכְמָה *humerus ejus.*

נָה

R.93. נָה *solis Futuris.* Valet idem quod præcedens ה

R.94. ם & ן *adhærent Nominibus & Verbis per* (ָ) *solis Futuris per* (ֵ) Significat *Illorum, illis, illos. Illarum, illas.* Et pro ָם fit ַם si accentus fuerit in penultima.

R.95. *Poeticum* מוֹ *pro* ם, *copulatur singularibus per* (ָ) *Pluralib. & Fut. per* (ֵ) *Præteritis fœmin. per* (ְ) Semel est מוּ pro מוֹ ut יְכַסְיֻמוּ *operient eos.* Dicitur *Affixum Poeticum*, quoniam usus ejus frequens est in libris Metricis.

R.96. *Affixa Gravia* כֶם, כֶן, הֶם, הֶן, *junguntur Nominibus singularibus & Verbis per* (ְ) *Pluralib. per* (ֵ) Illa sunt, *vester, a, um;* Hæc, *Illorum, illis, Illarum,* &c. Appellantur *Affixa Gravia* sivè *Constructa*, eò quòd dictionibus, quibus copulari debent, eandem mutationem punctorum imperant, quam Regimen requirit.

R.97. *Ob Affixa, mutantur Terminationes Præteritorum.*

ָה *in* ַת ut, פְּקָדַתְהוּ ex פָּקְדָה

ְתְּ *in nudum* ְתְ ut, פְּקַדְתּוֹ ex פָּקַדְתְּ

ְתְ *in*

תָ in תִי ut, פְּקַדְתִּיו ex פְּקַדְתִּי
תֶם & תֶן in תוּ ut פְּקַדְתּוּם ex
פְּקַדְתֶּם

Futurorum נָה *in* ו ut, תִּפְקוֹדוּנִי
ex תִּפְקֹדְנָה

Itémque transponitur, in Præter. R.98.
(·) & (:) *in forma* פָּקְדָה & פָּקְדוּ
ut פְּקָדַתְהוּ contractè פְּקָדַתּוּ *visitavit* f. *illum.* פְּקָדוּם *visitârunt eos.*

In Imperat. autem & Infinit. (:)
& ו *formæ* פְּקוֹד sícque ו transit in
(··) ut, פָּקְדֵנִי *visita me.*

Affixa in Duali & Plur. Num. R.99.
in utroque genere, semper præmittunt sibi (י) *tanquam notam multitudinis propriam:* ut, יָמֶיךָ *dies tui,* תּוֹרֹתָיו *leges ejus.* Exc. Affixa י, ם & ן

Quam formam etiam hæc tria singularia, אָב *pater,* אָח *frater,* חָם *socer,* æmulantur: ut, אָבִיךָ אָחִיו חָמִיךָ

Inter affixa נִי ךָ ךְ הוּ הָ & 100.
ipsam vocem, obvium est נ *Epentheticum shevatum:* ut, יְכַבְּדָנְנִי *honorabit me,* יְשַׁבְּחוּנְךָ *celebrabunt te.* Quod rursus à dagesh devorari solet: ut, יַכֶּכָּה *percutiet te,* אוֹדֶךָּ *confitebor tibi.*

Particulæ separabiles in affixione æmu-

æmulantur Nomina, rariùs Verba.

Hæc tria אֵין *non,* הִנֵּה *ecce,* עוֹד *adhuc,* pro affixo ו assumunt נוּ. more Futurorum.

Hæc septem, אַחַר *post,* אֶל *ad,* בֵּין *inter,* עַד *usque,* עַל *super,* תַּחַת *sub,* יַחַד *unà,* assumunt Affixa Nominum Pluralium, ideóque habent insertum (ו) ut אַחֲרָיו *post eum, &c.*

אֵת præpositio *cum,*mutat (..) in (.) & ת dageshat, ut אִתִּי *mecum.* Ante נוּ est cum (ָ) ut אִתָּנוּ & sic etiam עִמָּנוּ *nobiscum.*

Inseparabiles ל *&* ב *cum Affixis amant* (ָ) ut, בָּנוּ *in nobis.* At (י) ךָ & ו illis puncta singularium adjiciunt.

Cap: XIV.

De Literis Paragogicis.

102. S*EX literæ Paragogicæ* Ehevinoth *dictæ, nudam saltem voci emphasin inducunt, nihilque aliud significant.*

1. א Paragogic. (more Arabum) additur personis verborum finientibus in

in ו, ut, הָהָלְכוּא *qui ambularunt.*

2. ה paragogici usus est in omni voce; præcipuè verò in Præt. & Imper. secunda perſ. maſculina, in Futuri utriuſque numeri prima, necnon Infinito ac Participio, &c. Quinetiam *omne* (ְ) *dictionem terminans includit* ה ut, לְךָ & לְכָה *tibi.*

Nominibus loci additum, dicitur Locale, *ſignificans* in, ad, verſùs; *facítque voces penacutas*: ut, יָמָּה *mare verſus*, שְׁאֹלָה *ad infernum.*

Nota. ה paragogic. ſi jungatur Verbis formæ פְּקוֹד, mutat ו in (ָ) & (:) tranſponit: ut, פָּקְדָה Vide Reg 98.

3. ו Paragogicum additur Regimini: ut, חַיְתוֹ אֶרֶץ *beſtia terra.* Sícque diſtinguitur ab affixo ו, nam affixum nunquam additur voci Regenti.

4. י Paragogic. ſæpiuſculè adhæret Infinit. Nominib. & Participiis, aliquando etiam particulis: ut, מִנִּי & מִנֵּי *ex.*

5. ן *Paragog. jungitur terminationibus verborum* י & ו Et ferè ſecum trahit accentum: ut, יְקוּמוּן ac

secundæ radicali quandoque substernit vocalem longam : ut, תְּאֵהָבוּן *diligetis.*

6. ת tribus Infinitivis : ut, יְבֹשֶׁת *arescere*, יְכֹלֶת *posse*, שִׂנְאַת *odisse.*

Cap. XV.
De Mutatione Vocis.

1. *In Consonis.*

103. ה *Radicale, in motione generis, flexione numeri & affixione, una cum puncto praecedenti abjicitur* : ut, עֹשֶׂה *faciens* m. עֹשָׂה *faciens* f. עֹשִׂים *facientes*, עֹשְׂךָ *faciens te.*

104. ה *Afformativum generis, aut Paragogicum, in affixione mutatur in* ת Quod rursus aliquoties syncopatur : ut, תְּבוּנָם *intelligentia eorum* pro תְּבוּנָתָם

105. *Terminatio Dualis* ַיִם *& Plural.* ִים *ante Affixa planè tollitur* : ut, יָדֶיךָ *manus tua*, ex יָדַיִם *manus.*

2. *In Formis.*

106. *Finita* ה *quorum penultima est* (ָ) *vel* (ֵ) *cum* מ *vel* ת *Hee-*

manth

manth. ab initio, ea in Regimine terminantur in ת *sub qua forma etiam Affixa assumunt*: ut, מִלְחָמָה *bellum*. Reg. מִלְחֶמֶת Aff. מִלְחַמְתּוֹ
מַצֵּבָה *statua*. מַצֶּבֶת מַצַּבְתּוֹ
תִּפְאָרָה *decus*. תִּפְאֶרֶת תִּפְאַרְתּוֹ

Et sic etiam variant Formas.

בְּהֵמָה *pecus*. Reg. בֶּהֱמַת Aff. בְּהֶמְתּוֹ
גְּבִירָה *hera*. גְּבֶרֶת גְּבִרְתּוֹ
אִשָּׁה *uxor*. אֵשֶׁת אִשְׁתּוֹ
פֶּה *os*. פִּי * פִּיו

* Sícque פִּי *os*, in Regimine, & פִּי *os meum*, in Affix. solo tantùm sensu distinguuntur.

3. *In punctis.*

107. *Simplicis euphoniæ gratiâ permutantur*, (ָ) cum (ֶ) ut, אָרֶץ & אֶרֶץ *terra*, semper cum ה Emphat. הָאָרֶץ *ipsa terra.*

(ֵ) cum (ִי) & contra: ut, תּוֹמִיךְ & תּוֹמֵךְ *sustentans.*

ז ו (ֻ) & (ֹ) inter se.

(ַ) (ָ) (ֶ) invicem: ut, עַד *æternitas*, וָעֶד & *æternum*.

108. *Pro terminali* (ֵ) *substituitur*

 (ַ)

(-) *maximè propter ultimas gutturales aut* ר, ut, שִׁבַּר pro שִׁבֵּר *fregit.* Vicissim pro (-) ponitur (..) ut יִתֵּן pro יִתַּן *dabit.*

109. (-) *ante guttural. habentes* (ָ) *vel* (ֳ) *mutatur in* (ֶ) ut, הֶהָרִים pro הַהָרִים *ipsi montes,* הֶחֳדָשִׁים *ipsa calenda.* Rursus abjecto (ָ) nativum (-) redit: ut, יִתְנֶחָם in pausa, extra pausam יִתְנַחֵם *consolabitur.*

110. (-) *Vicarium est pro* (ֶ) *ante vel sub guttural.* עחה *in voce Milhel:* ut, וַתֵּלַהּ *& furebat,* pro תֵּלֶהּ ex לָהֵהּ Vide R.67.3. Sic, בּוֹרַחַת *fugiens,* pro בּוֹרֶחֶת.

111. *Duplex* (ֶ) *in voce cujus ultima radicalis est* א, *coalescit in* (..) ut, צֵאת *exire,* pro צֶאֶת à יָצָא

112. *In locum vocalis longæ succedit brevis & dagesh, per Systolen:* ut, אֶקּוֹב pro אֶקֹּב *maledicam* וַיִּסֵּב pro יָסֹב *& circumdedit.*

E contrà, *In locum dagesh & brevis, longa, per Diastolen:* ut, אֵיתָם *integer ero,* pro אֶתָּם cum (י) redundante.

113. *Necessariò puncta mutantur, ob*

נרכם

נִרְכַּם & גַּת. (*Sex istæ literæ, sex causas mutationis punctorum denotant.*)

נ } id est, ob { נְקֵבָה genus, *fœmin.*
ר } id est, ob { רִבּוּי numerũ, *pluralem.*
כ } id est, ob { כִּנּוּיִם *Pronomina* affixa.
ס } id est, ob { סְמִיכוּת *Regimen.*
ג } id est, ob { גָּרוֹן literas *gutturales*
ת } id est, ob { תּוֹסֶפֶת *additionem* s. paragogen.

Ideóque *crescentibus à fine literis, decrescunt puncta*, (si scilic. accentus descendat) ut nempe pronunciatio fiat expeditior. Ut plurimùm a. puncta decrescunt in minimam quantitatem, h. e. in (:) sive illud fuerit simplex, sive compositum, pro conditione literarum.

(ָ) *penultimum, in omni incremento & Regimine, corripitur in* (:) (Et sic etiam antepenult. in Verbis, ut פְּקַדְתִּיךָ *visitavi te*, ex פָּקַדְתִּי) Si verò implicitè vel explicitè includat dagesh, aut literam quiescentem, manet; ut, פָּרָשִׁים *equites*, q. ex פָּרַשׁ in Pih. קָמָתִי *seges mea*, ex קוּם Item sub מ defectivorum: ut, מָגִנִּי *clypeus meus*. מָסַכִּי *aulaeum meum*. Necnon 114.

non terminationem fœminin. וּת ut, גָּלוּתִי *captivitas mea.*

115. (·) *ultimum, in Regimine, & ante affixa Gravia migrat in* (-) Si verò sit ante א, vel terminationem fœmininam ת, manet in Regimine: ut, צְבָא מִלְחָמָה *exercitus belli*, מְנָת הָאָדָם *portio hominis.*

At duo hæc, אָב *pater*, אָח *frater*, in Regimine assumunt (·ִ) & mutant (·) in (··) ad differentiam affixionis: ut, אֲבִי, אֲחִי Vide Regul. 99.

116. (··) *penultim. in omni augmento finali, & Regimine, corripitur in* (:) Exc. si sit sub dagesh, aut explicitè vel implicitè includat literam *Ehevi*: ut, מַצְּבוֹתָם *statua eorum*, הֵיכָלִים *palatia.*

117. (··) *finale quodcunque, in omni incremento corripitur in* (:) *In Regimine in* (-) Exc. 1. Manet post (·) vel (:) ut, זָקֵן Plur. זְקֵנִים *senes*, זְאֵב Plur. זְאֵבִים *lupi*. 2. Manet in monosyllabis, exceptis בֵּן *filius*, שֵׁם *nomen*, & יֵשׁ *est, fuit*, quæ cum affixis regulæ parent.

118. (ֱ) *penultimum, sequente* (-) *vel* (:) *ob incrementum finale, rariùs in* (:)

(:) *Vsitatioris cognationis causâ transit in* (:) *vel* (ֳ) ut, פֹּעַל Plur. פְּעָלִים *opera.* רֹתֶם Plur. רְתָמִים *juniperi.* מַשְׂכֹּרֶת affix. מַשְׂכֻּרְתִּי *merces mea.* אֹהֶל Plur. אֳהָלִים *tentoria :* קֹדֶשׁ affix. קָדְשִׁי *sanctitas mea.*

(ֻ) *ultimum, in Verbis semper, in Nominibus ante affixa Gravia, migrat in* (:) Quòd si aliud (:) sequatur in (ֳ) ut, אָכָלְךָ *comedere te,* יְכָלְתֶּם *potuistis.* 119.

(-) *penultim. sequente alio* (-) *in omni incremento corripitur in* (:) ut, נַעַר Plur. נְעָרִים *pueri.* 120.

(-) *ultimum, in Nominum flexione transit in* (ָ) ut, נְעָרִים *In affixione in* (:) ut, דְּבַשׁ affix. דִּבְשִׁי *mel meum.* 121.

In Verbis, cum ה *paragogico migrat in* (:) *Cum affixis in* (ָ) ut, בְּחָנֵנִי *proba me.*

Idem accidit (:) indè oriundo: ut, שִׁמְעוּנִי *audite me*, ex שִׁמְעוּ quod ex שְׁמַע redeunte (ַ) in (:) R.6.

(ֶ) *penultimum, crescente voce migrat in* (ֵ) *Ultimum, in flexione numeri in* (ָ) *cum affixis & ה Locali, in* (:) ut, אֶרֶץ *terra*, pl. אֲרָצוֹת 122.

Aff. אַרְצִי cum ה Loc. אַרְצָה

In Regimine ante ה *transit in* (..) ut, שֵׂה עִזִּים *pecus caprarum:* ex שֶׂה

123. (.) *formæ* פְּרִי (i.e. ultimum, ante (ִי)) *in affixione transit in* (:) *In declinatione in* (ְ) Sicque (ִי) movetur; ut, פִּרְיוֹ *fructus ejus*, שֶׁבְיְךָ *captivitas tua*, גְּדָיִים *hœdi.*

Huc refer formam חֲצִי & חֳלִי ut, חֶצְיוֹ *medietas ejus*, חָלְיוֹ *dolor ejus*, חֳלָיִים *dolores.*

124. *Dissyllaba formæ* מָוֶת / בַּיִת *in flexione, affixione & regimine, contrahuntur in* מוֹת / בֵּית ut, מוֹתִי *mors mea*, בֵּיתִי *domus mea.*

Exc. שַׁיִת & עַיִר facit שִׁיתוֹ *vepres ejus*, עִירֹה *asellus ejus.*

125. *At cum* ה *paragogico & Locali*, ו *&* י *per* (:) *moventur* : ut, מָוְתָה לַיְלָה

Crescentibus defectivis imponitur dagesh, ac tum (ֵ) in (ַ) / *corripitur* (ֶ) in (ִ) / *ultimum* (ֹ) in (ֻ) vel (ָ)

Et sic quorundam (-) transit in (.) ut, מֵסַב, pl. מְסִבִּים *circuitus*, צַד, pl. צִדִּים *latera.* בַּת cum Aff. בִּתּוֹ *filia ejus.*

ejus. Et sic in גַּת *torcular*, מַד *mensura*, מַס *vectigal*, סַף *limen*, פַּת *buccella*.

Cap. XVI.

De Accentibus.

R*Adix semper habet accentum in* 126.
ultima : ut, פָּקַד sicque, *crescente voce, accentus Tonicus itidem descendit ad ultimam* : ut, פָּקְדָה

Exc. Terminationes Verbales תָּ, תְּ, תִּי, נוּ, נָה Et Affixa נִי, נוּ, הוּ, נוּ, ךָ, מוֹ, הָ, נָּה. Item הָ paragogic. in Nominib. & Locale, quæ constituunt Milhel.

Nota. Vox מִלְעֵיל dicitur, cùm accentus est in *penultima* : מִלְרַע in *ultima*.

Omnis vox quæ desinit in duas con- 127.
sonas mobiles, & vocalem longam, est Milra.

Sed vicinitas alterius accentus, Itémque ו Conversiv. Fut. (si penultima fuerit longa,) *ex Milra facit Milhel*, & corripit ultimum (..) in (·:) & י in (·) ut, יְהֹוָה אָרֶךְ pro יַאֲרִיךְ

 Sic

Sic וַיָּקָם וַיָּסָב ex יָקוּם יָסוֹב.

128. *Si duæ postremæ syllabæ sint æqualis quantitatis:* ut, מֶלֶךְ, *vel ultima syllaba sit dageshata:* ut, סַבּוּ *aut brevis*, ut, קֹדֶשׁ (nisi sequatur ה radicale, ut, מֹשֶׁה) *vox est Milhel.*

129. *Commune officium omnium Accentuum est acuere syllabam; & hujus respectu Tonici* παρὰ τοῦ τείνειν *à tendendo* (metaphora à fidibus desumpta) *dicuntur.* Vulgò numerantur 30, qui reduci possunt ad 27. Nullaque vox est in Bibliis, quæ Accentu Tonico careat, nisi sit cum Maccaph stipata. Horum alii supra, alii infra literas, diversis figuris signati, ordini vocum inseruntur; quam diversitatem modulatio quædam Musica peperisse creditur. Hic sequitur

---

TABULA OMNIUM

Accentuum Hebræorum.

Accentus Hebr. constant, vel ex solis Punctis, vel ex Lineis, vel ex Circulis.

Qui ex solis Punctis constant, sem-

per supra literæ medium collocantur.

Punct. {
- Unum, Rex *Rebia*, ב֗ i. e. *incubans.*
- Duo, Rex *Zakeph katon*, ב֔ *erector parvus*, à figura, punctis erectis.
- Tria, Rex *Segolta*, ב֒ inversum (∵)

Lineæ sunt vel Rectæ, vel Obliquæ, vel Transversæ.

Recta est vel sola, vel cum punctulis.

Sola vel {
- inter duas voces, ב' ב *Pesik*, *pausula* musica, cantum terminans.
- sub dictione {
  - *Metheg* בֽ *retinaculum*, accent. Euphon. ad initium dict.
  - Rex *Silluk* : בֽ *finis*, ponitur ante (:) *Soph-pasuk*, i. e. finem versus.

Cum

Cum punctulis
- duobus, supra literam, Rex *Zakeph gadhol*, ב֔ *erector magnus*, vocem intendit.
- unico infra literam, Princeps *Tebhir*, ב֛ *fractus* sc. sonus, à figura & musica.

Lineæ Obliquæ, propendent vel supernè vel infernè.

Supernè versus
- dextrâ
  - Princeps *Pashta*, ב֙ *extensio*; vocem extendit, collocatúrque suprà ultimam literam dictionis.
  - Servus *Kadma*, ב֨ *antecedens* scil. Principem Geresh; ponitúrque suprà penult. vel antepenult. literam.
- sinistram
  - Princeps *Geresh*, ב֜ *expulsio*, impulsâ voce canitur.
  - *Gereshajim* ב֞ *duo expulsores*, à figura geminatâ.

Infernè

Infernè versùs { dextram, Princ. *Tiphcha*, בֽ *fatigatio*, à cantu. | sinistrā ministri { *Merca* בֽ *productio*, cantum prolongat. | *Merca kephula* בֽ *duplex productio*, à musica & figura. }

Linea Transversa, est vel Recta, vel Circumfluens.

{ Recta inter duas dictiones ב־ב *Maccaph*, i.e. *nexus*, subunio, accentus Euphonic. dictiones uniens.
Circumfluens, Princeps *Zarka*, בֽ *sparsor*, nomine accommodato figuræ & modulationi. }

Circuli sunt vel Integri, vel Dimidii.

Integer Circulus, semper est supernus, habétque obliquè appositam lineolam.

Vel { Sinistrorsum, Princ. *Telisha major*, בֽ *evulsio magna*, caput dictionis occupat.
Dextrorsum, Servus *Telisha parva*, בֽ calcem dictionis occupat.
Utroque modo, Princ. *Karne para*, בֽ *cornua vaccæ*, quæ effingit figurâ & cantu. }

Se-

Semicirculus est vel solus, vel cum aliis apicibus.

Solus est vel angulatus, vel reflexus.

Angulatus ad
- dextrā
  - Minister *Hillui*, ב *elevatum* sc. cornu, à cantu.
  - *Munach* ב *depositum* sc. cornu, ministrorum officiosissimus.
- sinistram
  - Princ. *Jethibh*, ב *reducens* sc. cornu, à figura.
  - Servus *Mahpach* ב inversum sc. cornu.

Reflexus est vel
- Unicus, Minister *Darga* ב *gradus*.
- Geminus, Princ. *Shalsheleth*, ב *catena*, à figura & modulatione.

Cum aliis apicibus, est vel supra vel infra literam.

Supra literam, est cum lineola in sinistra, Princ. *Paser* ב *dispersor*, sparsâ voce canitur.

Infra literam, est cum apice, tendens

Vel

Vel { deorsum; Rex *Athnach* ב֑ *respiratio*, qui cum membra distinguat, necesse est in eo respirare.
sursum, Minist *Jerah-ben-jomo* ב֪ *luna diei suæ*, à figura. }

Consectar. 1. Syllaba quæ accentuatur plerunque acuitur. 2. Idem Accentus si geminetur, prior tantùm acuit. 3. Diversorum Accentuum, prior euphoniæ servit, posterior acuit.

Peculiare habent isti sequentes sex, 1301
quòd non tantùm vocem acuant, verùm etiam sententiam distinguant: & hujus respectu Reges & Pausæ *vocantur.* 1. *Sylluk* periodum terminat. 2. *Athnach* constituit colon, ponitúrque in medio sententiæ. Aliquando etiam in notam interrogationis transit, ut 2. Reg. 1. 6. &c. 3. *Rebbiangh*, constituit comma. 4. *Segolta*, ut plurimùm facit semicolon. 5. *Zakeph-katon*, constituit comma, vel semicolon. 6. *Zakeph-gadhol*, est pauperrimus *Regum*, nam aliquando nihil distinguit. His addi possunt principes *Tiphcha* & *Sarka* qui aliquan-

do

do conſtituunt comma.

Nota. Nominativus abſolutè poſitus (præſertim ſi ſit cum aliquo Accentu Regio) ellipſin integri membri ſententiæ inducit, quæ commodè poteſt ſuppleri per *quod attinet*; ut, *Deus, integra via ejus*, h.e. quod Deum attinet. *Ego*, i.e. quod me attinet, &c. In N.T. Marc. 9.23. Luc. 21.6. Act. 7.40. Apoc. 2.26. &c. Et talem Nominativum, *Angli* commodè exprimunt per **And as for.**

131. *Accentus diſtinctivi, faciunt ſyllabam brevem, longam.* Ideóque producunt

(ַ) { *pen. ſequent. alio* (ַ) *vel* (ׇ) ; *ultimum in* { *themate*, *affixo* יַ } } in (ָ)
(ֶ) *penultimum vocis Mithel*, }

132. *Pauſæ incidentes in terminationes verbales* ִי וּ ָה *aut affixum* ְךָ *rejiciuntur ad penultimam, atque ſic producunt* (ְ) *Verbi in* (ָ) (ֵ) *vel* ִי, ut, פָּקָדוּ, יֶאֱבָ֑רוּ, וּפְקָדוּ. *Et convertunt* (ְ) *Affixi* ְךָ *in* (ֶ) ut, יִתְּנֶ֑ךָ.

Idem fit ante ִי, in formis פְּרִי, טְרִי & עֳנִי & אֳהִי ubi ob pauſam (ְ) (ֲ) & (ֱ) convertuntur in (ֶ) At (ֳ) in (ָ).

Ex-

Excipies חֲצִי ex חֵצִי, אֲנִי ex אֲנִי

In his verò אִתָּךְ עִמָּךְ לָךְ בָּךְ puncta transponuntur, fitque in pausa בָּךְ לָךְ &c.

Nota. In libris Metricis, *Tiphcha* aliquando etiam obtinet vim pausarum, in productione syllabarum : ut, Psal. 3 6. & 4.9. &c.

Methegh (׀) *syllabæ priori frænum injicit, nè nimis præceps ad Accentum tonicum ruat.* Et plerunque *firmat vocalem* longam ante (:) mobile: ut, פָּקְדְךָ, aut etiam brevem, ante (:) compositum : ut, וַאֲנִי Aliquando *supplet defectum* literæ aut dagesh : ut, יִשְׁנוּ pro יִישְׁנוּ *dormient*, וַיְהִי pro וַיְּהִי 133.

Notæ. 1. *Methegh* non semper ponitur, sed ex communi vocum flexione subintelligitur. 2. Quotiescunque in eadem voce occurrunt duo diversi accentus, prior *Methegh* est, (vel supplet vicem ׀ *Meth.*) posterior verò Tonicus.

Maccaph— *lectionis cursum urget, ideóque vocem quam sequitur Accentu Tonico privat, ac ante ultimam mobilem corripit* (..) *in* (ֶ) [rarissimè 134.

mè in (.)] & ו in (ֹ) ut, כָּל־בֵּן־אֵל־. Præcipuè voces monoſyllabas afficit, quas ſequi ſolet ה Emphat. niſi ſint ſub exceptione R.76.

*Nota.*1. *Maccaph* ut arctiori nexu voces uniat, poſt ה, הַ vel הֶ dictioni ſequenti dageſh dictum דְּחִיק (*arctator*) imprimere ſolet: ut, מַה־טּוֹב

2. Aliquando *Maccaph* abeſt, & tunc poſt vocem penacutam, deſinentem in ה, ָה vel ֶה dageſh dicitur אָתֵה מֵרָחִיק (*veniens è longinquo:*) ut, עָשָׂה לְךָ

Appendix 1. *De Aramæiſmis*, i.e. Chaldaiſmis & Syriaciſmis.

135. *APud Aramæos, tertia perſona ſingular. fœm. Præterit. deſinit in* ת. Et ſic aliquando apud Hebr. ut, אָזְלַת *abiit.* הִלְאַת *fatigavit, &c.* Sin autem tertia Radical. fuerit gutturalis, exit in ַת. Et ſic נִשְׁכַּחַת *oblivioni tradita fuit, &c.*

136. *Aramæi, Hebræorum* ה *characteriſticum Hiph. & Hithpah. mutant in* א: Et ſic אַבְרֵךְ *genua flectere.*

אתחבר

וְהֶאֱזְנִיחוּ *consociavit se*, &c. At אֶתְחַבַּר
& removebuntur flumina, Esa. 19. 6.
est cum duplici signo conjugation.
Hiph. א Chald. ה Hebr.

137. *In Hiphil, character temporis & Conjugationis sapè simul apud Chaldeos manent*: Et sic יְהוֹשִׁיעַ *salvabit*. יְהֵילִיל & יְיֵלִיל *ululabit*. יְיֵטִיב *benefaciet*. יְיֵדַע *notum faciet*, in quibus ה transit in (י) Semel in Hoph. מְהֻקְצָעוֹת *angulata*, Ezech. 46. 22.

138. *Radicale* א, *apud Chaldæos in Kal occultatur in* (..) Et sic אֵיהַב *diligam*. אֵזִל *abibo*. תֵּיחַד *adunabis*. וְאֵיתֵא & *venit*, &c. Quod imitatur Partic. Hiph. מֵזִין *audiens*.

In Hiphil mutatur in ו: Et sic אוֹסִיפֵךְ *tollam te*, אוֹבִידָךְ *perdam*, &c.

139. *Apud Chald. tertia radic.* ה *mutatur in* י.. *post quod movetur* ו Semel apud Hebr. הִמְסִיו *liquefecerunt*, pro הִמְסוּ Jos. 14. 8.

140. *Dagesh forte apud Chaldæos resolvitur in* נ *Shevatum*: Et sic semel קִנְצֵי *fines sermonum* pro קִצֵּי Job 18. 2.

141. *Syrorum* א (:) *præcedaneum excludit, suámque vocalem literæ præcedenti*

cedenti substernit. Quod etiam obvium est apud Hebr. ut, כַּאבִּיר pro כְּאַבִּיר *ut potens*, &c. Et tale א sæpè excidit, ut מַלְּפֵנִי pro מְאַלְּ *docens me*, וַתְּזְרֵנִי pro תְּאַזְּ *& cinxit me*, &c.

142. *Syri sub* א *pro (:) assumunt (..)* Et sic אֱפוּ pro אֱ *coquite* אֱתָיו & הֵתָיו *venite.*

143. *Syrorum (,) habens sub se (.) transfert illud ad præcedentem literam sçevatam.* Et sic וִילְלַת pro וִילְלַת *& ejulatus*, כִּיתְרוֹן *ut utilitas*, בִּיקְּרוֹתֶיךָ *in honoribus tuis.*

144. *Quædam geminantia secundam, more Syrorum, alteram mutant in* א, ut, בָּזְאוּ *diripiunt*, וְּמְאֲסוּ *liquefient*, &c.

145. *Duo hæc* הַוְצֵא educ, Gen. 8. 16. & הַוְשַׁר complana, Ps. 5. 8. *ex Syriacismo mutant primam (,) in* ו *mobile.*

146. *Denique ex forma Chaldæo-Syra, Affixum masc.* ךְ. *ponitur pro* ךָ, ut, קְרָאֵךְ *vocavit te. Pro fæminino* ךְ. *ponitur* כִי, ut, תִּזְכְּרְכִי *recordabitur tui*, &c. Et *semel* pro יו, est יהִי, ut, תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia ejus*, Ps. 116. pro תַּגְמוּלָיו

Ap-

Appendix 2. De Investigatione Thematis.

UT *Radicem in unaquaque voce habere possis, primum omnium divisionem literarum in* XI. *semper* Radicales, & XI. *aliquando* Serviles, *diligenter notabis :* 147.

Radical. גד זחט סעפצקר

Servil. אב הו יכלמנ שת

Radicalium hoc est μνημόσυνον טַח גֶזַע סֶפֶ רֶצֶדֶק súntque semper de essentia thematis. Serviles tribus Nominibus propriis comprehenduntur אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב

Nota. Nolo putes, Serviles ubicunque occurrunt semper esse tales, sed *tum sunt Serviles*, cum in designandis accidentibus partium orationis, aliquod ministerium subeunt, constituentes Genera, Casus, Numeros, Tempora, Personas. Vel loco Affixorum, Præpositionum, Conjunctionum, & Adverbiorum adhibentur : aut etiam per Paragogen & Epenthesin redundant. Aliàs semper sunt Radicales. Itaque in investigando

do themate primùm inspicienda est syllaba finalis, per quam ut plurimùm cognoscitur, cujus partis orationis, aut status; generis, numeri aut personæ, &c. vox sit; hæc enim ex Servilibus literis constituuntur.

148. *Literæ Serviles, sunt vel in Calce vocis, vel à Fronte.*

In calce sunt vel
- *Formativæ*
  - *Speciei*, per quas cognoscitur num vox sit Primitiva vel Derivativa.
  - Vocis a. Derivativæ indicium, sunt literæ הָאֱמַנְתִּי & syllaba ןִ
  - *Generis* fœm. ה ָ ת ַ ת ֶ ית ִ ות ֻ ות וֹ vel תֵה
  - *Numeri*
    - Pl.
      - fœm. וֹת
      - mas. ים ִ
    - Dualis, ַיִם
  - In Regim. י ֵ
  - *Personarum*
    - Præt. ה ָ ת ָ ת ְ תִּי ת ְ ת ִ ן נוּ תֶם תֶן
    - Fut. & Imper. יונה
- *Significativæ*, sunt Affixa.
- *Paragogicæ*, sunt *Ehevinoth*.

- A *fronte* sunt vel
  - *Formativæ* in
    - *Nominibus* literæ *Heemanth.*
    - *Verbis* sunt *augmenta*
      - *Conjugationum,*
        - נ in Niph.
        - ה in Hiph. & Hop. It. in Imper. et Infin. Niph. הִתְ in Hithpah.
      - *Futurorum,* אִתִין, in Hithp. יִתְ, תִּתְ, אֶתְ, נִתְ
      - *Infinitivorum;* בְּכָלֵם
      - *Participiorum,* מְ, in Hithp. מִתְ
  - *Significativæ,* sunt Præfixa, *Mosche vecaleb.*

Præterea notandum, quòd nulla dictio habeat primam radicalem ו (excepto וָו *uncus.*) Et nulla ultimam י vel ו, sed mutandum est in ה

Insuper, הּ & הֶ finale, est radicale. Exceptis paucis, ut יְדַשְּׁנֶה *in cinerem rediget,* ubi הֶ parag. Et וְלִנֶה *& pernoctavit,* ubi הֶ foemin. à לוּן &c.

Abjectis hoc modo à fronte vel à 149.
tergo Servilibus (tam in Nominib. quàm in Ver bis) *literæ residuæ pertinent*

nent ad Radicem; ubi tamen vocales (ʼ.) י vel ו in medio vocis non sunt in censu.

150. *Si igitur tres Radicales remanserint, radix erit perfecta; scil. quæ literarum numerum ternarium non excedit. Sin plures, erit redundans, sive quadrilitera.*

151. *Si duæ tantùm remanserint, & dagesh fuerit in prima post Heemanthic. arguit defectum primæ radicalis* נ Rariùs (ו) vel ל, vide Reg. 69.

At tria hæc נָשָׂא נָסַע & לָקַח ob frequentem eorum usum, frequenter veniunt in plurali numero absque dagesh, ut, יִקְחוּ. *accipient*, יִשְׂאוּ. *ferent*, יִסְעוּ. *proficiscentur*.

152. *Si dagesh fuerit in secunda, notat defectum ejusdem literæ geminatæ.*

Excipies חִטָּה *triticum*, ex חָנַט אַפִּי *ira mea*, ex אָנַף, בִּתִּי *filia mea*, pro בְּנְתִּי ex בָּנָה, תִּתִּי *dare me*, pro תִּנְתִּי ex נָתַן, & שְׁתַּיִם *duæ*, pro שְׁנְתַּיִם ex שָׁנָה

Quòd si dagesh fuerit characteristicum, tertia ה deficit, ut, גַּלּוּ *revelate*, in Pih. pro גַּלְּהוּ

153. *Neutra si fuerit dageshata*, ut plurimùm

timùm *postponendum est* ה

Dico *ut plurimùm*, nam etiam eo casu potest,

Vel *Præponi* (ִ) aut נ, ut, שֵׁב *sede*, à יָשַׁב, גַּשׁ *accede*, à נָגַשׁ Rarius א, ut, תֹּובֵא *velis*, ab אָבָה, תּוֹסֵף *addes*, ab אָסַף, תֵּזְלִי *digredieris*, ab אָזַל Semel ל, ut, קַח *accipe*, à לָקַח

Vel *Interponi* ו aut (ִ) ut קָם *surrexit*, à קוּם, טִרִים *urbes*, à עִיר

Vel *Duplicari* ultima, ut, סַב *circumdedit*, à סָבַב

Vel *Postponi* א, sed rarissimè, ut מָלוּ *impleverunt*, à מָלֵא

Vbi nota. Si Literæ אתינ habuerint (ֵ) deest prima radicalis (ִ) Exc. אֵהַב אֵזַל אֵבוש ab אָהַב *voluit*, אָזַל *abiit*, בּוֹש *erubuit*. Quòd si habuerint (ָ) interponendum est ו, aut geminanda ultima.

Formativæ Præterit. תָּ, תְּ, תִּי, תֶּם תֶּן, נוּ *si habuerint dagesh forte, innuunt defectum tertiæ radicalis* נ *vel* ת, Vide Reg. 73. 154.

Si post literam Heemanthi, *sequatur* ו *vel* ו, *plerunque vertendum erit in* י 155.

Monosyllaba cum vocali longa, aut 156.

(ֵ) ut plurimùm *arguunt defectum secundæ radicalis* ו *vel* (ֹ)

At *Monosyllaba cum* (ַ) *vel cum* וּ *absque* ו, *vel cum* (ָ) *plerunque geminant postremam.*

157. *In Quiesc. secundâ* ו, *accentus adhæret primæ radicali. In Quiesc. tertiâ* ה, *secunda.* ut,

גָּלָה exultavit illa. גָּלָה revelavit ille.
גָּלוּ exultârunt גָּלוּ revelârunt.

Ps.46.7. הָמוּ גוֹיִם מָטוּ מַמְלָכוֹת fremuerunt gentes, commota sunt regna, ab הָמָה & מוּט

158. *Solâ significatione distingues hæc, & similia,* וַיָּגֶל à גָּלַל volvit, וַיָּגֶל à גִּיל exultavit, רְדוּ à יָרַד descendit, רְדוּ à רָדָה dominari. הוּשַׁב factus est sedere, הוּשַׁב factus est reverti. תַּכּוּ conjuncti sunt, (à תָּכָה) תֻּכּוּ percutientur, (à נָכָה) Sic בָּנוּ (pro בָּאנוּ) venimus, & בָּנוּ in nobis. בָּנִים filii, & בָּנִים (à בּוּן) intelligentes. לָנוּ (à לוּן) pernoctârunt, & לָנוּ nobis, &c.

159. *Unica si tantùm remanserit, fronti præpone* נ, *fini postpone* ה

Excipies pauca irregularia, בָּנוּ *venimus,* à בּוֹא, שַׁתָּ *posuisti,* מַתָּ *mortuus es,* à שִׁית, מוּת, לַנוּ *pernoctavi-*

ctavimus, à תֵּת לוּן *dare*, à נָתַן, הִצַּתִּי *succendi*, à יָצַת in Hiph. pro הוֹצַתְּתִּי

Duarum literarum si prior fuerit 160.
הַ, *aut ex* אתינ, *semper est servilis, posterior verò radicalis: proinde initio præpones* נ, *fini postpones* ה, ut הַךְ *percute*, אַט *inclinabo*, תֵּשׁ *oblivisceris*, יַז *sparget*, נַט *inclinabimus*. Excipe הַב *da*, (à יָהַב) הַס *sile*, (ab הַסָּה) נַס *tenta*,(à נָסָה) & תֵּת *dare*, (à נָתַן)

Extra hunc casum, si duæ literæ extiterint, semper sunt radicales, & sic variè tentandum num capiti, medio vel fini, aliquid apponendum, donec quid ratio contextus requirat, reperiatur. Sit v. g. שב, si præponas י, erit à יָשַׁב; si נ, à נָשַׁב: sin inseras ו, à שׁוּב; si gemines tertiam, à שָׁבַב: sin apponas fini ה, erit à שָׁבָה.

Denique, Nominum ratio, in investigando themate, eadem est quæ Verborum; ut enim Verba sunt vel Perfecta, vel Imperfecta, ita & Nomina: & ut Verba Imperfecta in conjugando mutant vel amittunt aliquam Radicalem, ita etiam Nomina 161.

ab iis orta, easdē anomalias sustinent.

1. A Quiescentib. primâ (י) orta, vel retinent י, ut מִיכָל *rivus*, מֵיתָר *chorda*. Vel abjiciunt, ut דֵּעַ & דַּעַת *scientia*, עֵצָה *consilium*, שֵׁנָה *somnus*, צֵאָה *egestio*: & per reduplicationem צֶאֱצָא *germen*, תְּשׁוּעָה *salus*. Vel in ו *aut* וּ convertunt, ídque præcedente מ vel ת Heemanth. ut מוֹרָא *timor*, תּוֹרָה *lex*, תּוּשִׁיָּה *essentia*. Vel denique compensant per dagesh, ut מַצֵּבָה *statua*.

2. A Quiescent. secunda ו nata, eam per aliquam vocalem longam ostentant, ut זָר *alienus*, לֵץ *derisor*, עֵדָה *testimonium*, (Item *cœtus*, & sic est à יָעַד) שִׁיר *canticum*, אוֹר *lux*. Et præterea adsciscunt מ vel ת Heemanth. ut מָלוֹן *diversorium*, תְּלוּנָּה *murmur*. Ter ה, ut הֲנָפָה *agitatio*. הֲנָחָה *requies*, הֲפֻגָּה *remissio*. Et duo וֹן Heemanth. ut זָדוֹן *superbia*, שָׂשׂוֹן *gaudium*.

3. A Quiescentib. tertiâ ה derivata, mutant illud in (י) vel ו, ut בְּכִי *fletus*, כִּי *ustio*, רִי *irrigatio*, נִי *lamentum*, עָנָו *mansuetus*, שְׁבוֹ *achates*, חֲנִית *hasta*, גָּלוּת *migratio*. Vel pror-

prorsus abjiciunt, ut, אָב *pater*, בֵּן *filius*, בַּת *filia*. Et præterea adsciscunt מ vel ת Heemanth. ut מִצְוָה *præceptum*, תִּקְוָה *spes*, (ubi ה ָ est formativum; at ה ֶ est radicale, ut מַרְאֶה *visus*.) Vel syllabam וֹן ut רָצוֹן *voluntas*.

4. A defectivis primâ נ orta, deperdunt נ, ut נְסִיעָה *profectio*, שִׂיא *elevatio*, שְׂאֵת *excellentia*, שִׂיג *insectatio*. Et præsente ה vel מ Heemanthico, per dagesh compensant, ut הַצָּלָה *liberatio*, הַכָּרָה *cognitio*, הִתּוּךְ *fusio*. (Et hæc tria sunt cum ה. plura cum מ) מַשָּׂרָה *custodia*, מַתָּן *donum* &c.

5. A geminatis nata, amittunt alteram eandem, ut תָּם *perfectus*, קֵן *nidus*, עֹז *robur*. Et crescente voce istas vocales, in breves & dagesh convertunt. Vid. Reg. 125. (sicque differunt à quiescentib. secundâ.) Præterea, adsciscunt etiam מ vel ת Heemanth. ut מָעוֹז *robur*, מֵסַב *circuitus*, מָסָךְ *operimentum*, מָגֵן *clypeus*, מוֹרָד *descensus*, מֹרֶךְ *mollities*, תֶּבֶל *confusio*. Semel ה, ut הֲמוּלָה *loquela*.

FINIS.

BREVIS & PERSPICUA

INSTITUTIO

Linguæ Chaldaicæ,

AD

INTELLIGENDUM

LIBROS CODICIS SACRI,

Chaldæo idiomate conſcriptos,

præcipuè comparata.

CHALDÆO

Idiomate conſcriptum eſt

JER. Caput 10. v. 11.

DAN. Cap. 2. à verſu 4. ad fin.

Cap. 3, 4, 5, 6, 7. integra.

ESR. Cap. 4. à ver. 8. ad finem.

Cap. 5. integrum.

Cap. 6. ad verſ. 19.

Cap. 7. à verſ. 12. ad 27.



LINGUÆ CHALDAICÆ brevis Institutio.

CAP. I.
De Natura & Proprietate Linguæ Chaldaicæ.

CHaldæorum Literæ, Vocales, & Accentus, figuris, & officiis, per omnia respondent Hebræis. R. 1.

א *ut quiescat, more Syrorum, sæpè rejicit vocalem suam ad præcedentem literam shevatam,* ut R 2.

בֵּארַין *in tunc*, pro בְּאֵדַיִן

בָּאתַר *post*, pro בְּאָתַר

Sic etiam apud Hebræos.

כַּאבִיר *ut potens*, pro כְּאַבִּיר

חַטָּאת *peccatum*, pro חַטְּאָת

רֵאשִׁית *principium*, pro רְאֵשִׁית

ad formam שְׁאֵרִית &c.

Et tale א aliquando excidit, ut,

בָּתַר *post*, pro בָּאתַר

Sic quoque apud Hebræos מַלְּפֵנִי *docens me* pro מְאַלְּפֵנִי Job. 33. 11. וְאַבֶּדְךָ *& perdidi te* pro אֲאַבֶּדְךָ. Sic רֵשִׁית *principium*, שֵׁרִית *residuum*.

R. 3. *Sheva etiam post vocalem longam hîc communiter elingue fit*, ut עֲבִידְתָא *opus*. אֲחִידְתָא *ænigma*.

Et sic (ְ) & (ֲ) promiscuè usurpantur. אֲזְדָא *iens*, Dan. 2. 8. pro אָזְדָא vide infrà Benoni Pehal.

R. 4. *Dagesh forte resolvitur in* נ *shevatum*, ut וְאֶנְדַּע *& sciam*, pro אֶדַּע מַדַּע Dan. 2. 9. pro מַנְדַּע *scientia*, à יְדַע

Et sic apud Hebræos קִנְצֵי *fines*, pro קִצֵּי Job. 18. 2. תַּמְנוּ *consummârunt*, pro תַּמּוּ Psal. 64. 7. ubi נ sequi videtur. Et מָעֻזְנֶיהָ *fortitudines ejus*, pro מָעֻזֶּיהָ Jesa. 23. 11.

R. 5. *Chaldæi amant sonos contractiores, ideóque familiare sibi habent* (ְ) ut

פְּקַד *jussit* ex פָּקַד
בְּשַׂר *caro* ex בָּשָׂר
מְלֵךְ *rex* ex מֶלֶךְ

Et sic apud Hebræos גְּבַר *vir*, pro גֶּבֶר Psal. 18. 26.

R. 6. *Sibilos fugiunt, ideóque commutant Hebræorum Dentales in Linguales*, ut ז in

ז in ד ut דְּהַר *aurum* ex זְהַר
חֲדִי *pectus* ex חָזֶה, דָּא *istud*, ex זה
צ in ט ut טְעָא *consilium*, ex עֵצָה
קַיִט *æstas*, ex קַיִץ
ש in ט ut קְטַר *vinxit* ex קָשַׁר
Sæpius in ת ut תּוּב *reverti* ex שׁוּב
תּוֹר ταῦρος ex שׁוֹר
תְּלָת *tres* ex שָׁלֹשׁ
שֶׁ Relativum in ד, ideóque ש est hîc radicale, ד verò servile.

Literas ejusdem organi, & quiescentes sæpe inter se commutant, ut R.7.
א, ה & (ו) ut חֲדָא & חֲדָה & חֲדִי *gavisus est*, ex חָדָה, רֵישׁ *caput*, ex ראשׁ, קְרָה *vocavit*, ex קָרָא
ב in פ ut פַּרְזְלָא *ferrum*, ex בַּרְזֶל
ג in כ ut כִּפְרִית *sulphur*, ex גָּפְרִית
ד in ט ut טִבָּה *infamia*, ex דִּבָּה
ה formativum fœmin. perpetuò ferè in א, ut טוֹבָא *bona*, ex טוֹבָה. Quod etiam interdum apud Heb. fit: ut גָּבְהָא *extulit se*, חָגָא *tripudium*, שֵׁנָא *somnus*, כֻּלָּא *tota*, &c.
ו in א ut טְאֵב *bonus fuit*, ex טוּב
ט in נ ut טִינָא *lutum*, ex טִיט
ל in ד ut אֲזַד *abiit*, ex אָזַל
ע in א ut אָע *lignum*, ex עֵץ

ק in

ק in כ ut תְּכַן *ordinavit*, ex תְּקַן
שׁ in ס ut סְמַר *custodivit*, ex שְׁמַר ad hanc permutationem, proclivissimi fuerunt Ephrataei, Judic. 12. *Shibboleth* & *Sibboleth*.
ת in ט ut טְעָא *erravit*, à תָּעָה quod etiam semel scribitur טָעָה Ezek. 13. 11. fortasse quòd in Chaldaea versatus fuerat Propheta ille.

R. 8. *Characterum affinitas non paucas etiam vicissitudines creavit*: ut ab Hebr. אֶרֶץ fit Chald. אַרְעָא & hinc אַרְקָא *terra*, à צֹאן fit עָאן *grex*, A רָצַץ fit רְעַע *confregit* &c.

Et sic apud Hebr. עָר *hostis*, octies usurpatur pro צָר ut notavit Masora in Mich. 5. 14.

R. 9. *Metathesis cum Antistoichiosi, etiam hîc crebra*, ut תְּדִירָא *sedulitas*, ab Hebr. טָרַד *perseveravit*, תְּרַע *porta*, ex Hebr. שַׁעַר &c.

R. 10. *Prothesis literae* שׁ *&* ס *ab initio*, *Epenthesis literae* ל *&* ר *in medio*, *hîc non insueta*, ut שַׁעְבֵּד *servivit*. ex עֲבַד, שַׁחְלַף *permutavit*, ex חֲלַף סְרִיק *inane*, ex רִיק Sic שַׁלְאֲנַן *viridis*, ex שַׁאֲנַן, שַׁרְבִּוט *sceptrum*, ex שֵׁבֶט

שֵׁבֶט, כָּרְסֵא *solium*, ex כִּסֵּא

Denique *Aphæresis literæ* א *ab* R. 11.
initio, & Apocope literæ ה *vel* ע *in fine, fit usitata :* ut, חַד *unus* ex אֶחָד, נָשׁ *homo* ex אֱנוֹשׁ, בֵּי *domus* ex בַּיִת, שַׁב *septem* ex שֶׁבַע Hinc ex יֵשׁוּעַ fit in Evangelio יֵשׁוּ *Jesus.*

Cap. II.

De Nomine.

G*Enus Fœmininum fit, mutando* R. 12.
Hebræorum ה in א, ut צִדְקָא *justitia :* nisi fortè alterum א præcesserit, tunc enim Hebræorum ה restituitur, ut נְבוּאָה *prophetia* (idque ut vitetur similis literæ concursus)

Illud itaque בְּדִתְאָא *in gramine*, Dan.4.15. hinc Masoritæ eximunt, quæ ita cum duplici א concurrente legunt.

Præterea retinent etiam terminationem fœmin. Hebr. ית. ות & ות *rarius* ה, ut מִלָּה *verbum.* Sed frequenter ה apocopatur, ut נְוָלִי *sterquilinium*, אֵמְתָנִי *terrifica* (Dan.7. 7. ubi (ְ) est pro (ֵ) à masc. אֵימְתָן *terri-*

terribilis, quod est ab אֵימָא *terror*) מַלְכוּ *regnum* צְלוֹ *precatio*, בְּלוֹ *vectigal.*

Et terminatio ית. vel ות aliquando adverbiascit, ut אֲרָמִית *Aramicè*, תִּנְיָנוּת *secundò*.

R.13. *Status Emphaticus hîc fit adjecta ad calcem litera* אָ, ut חַכִּים *sapiens*, at חַכִּימָא *sapiens ille*.

(*Nota*. Usus א Emphatici, patentior est hîc, quàm apud Hebr. ה Emphat. & sensu distinguendum est, ab א fœmin.)

Quod si addatur fœmininis, mutat א *vel* ה *fœmininor. in* ת, ut מַלְכָּא *regina* מַלְכְּתָא *regina illa*. מִלָּה *verbum* מִלְּתָה *verbum illud*, cum ה loco א

Et hæc forma apud Hebræos etiam est in usu, ut יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus*, עֶזְרָתָה *plenissimum auxilium*, עַוְלָתָה *omnimoda iniquitas*, עֵיפָתָה *omnimoda obscuritas* אֵימָתָה *formido maxima*, מְזִמָּתָה *scelus gravissimum*.

R.14. *Genitivum* quemlibet exprimunt per Regimen, vel per דִּי vel דְּ *Dativum*, per ל *Accusativum*, aliquando per

per יָת *Ablativum*, per מִן, vel ב

Dualis Numerus desinit in ַיִן ut R.15.
יְדַיִן *manus* מָאתַיִן *ducenta.*

Vel in ֵין in nomine numerali תְּרֵין *duo.* תַּרְתֵּין *dua.*

Pluralis in masculino absoluto, R.16.
exit in ִין. ut חַכִּימִין *sapientes.*

In Emphatico in ַיָּא ut חַכִּימַיָּא *sapientes illi.*

Vel ex Syriacismo in ֵיָא, ut חַכִּימֵיָא

Nota. 1. Quæ in singulari desinunt in (ִי) in plurali mutant (ִי) in א, ut יְהוּדִי *Judæus* pl. יְהוּדָאִין Et sic apud Hebræos פְּתִי *simplex*, pl. פְּתָאִים

2. אַב *pater*, in plurali assumit ה ut אֲבָהִין *patres*, emphaticè אֲבָהָתָא

Pluralis in fœmin. absoluto, exit R.17.
in ָן, ut חַכִּימָן *sapientes fœminæ.*

In Emphatico in ָתָא, ut חַכִּימָתָא *sapientes illæ.*

(Sícque differt à singulari emphatico, quod desinit in ְתָא, ut גְּבוּרְתָּא *potentia*, at גְּבוּרָתָא *potentiæ.*)

Nota. Quæ in singul. desinunt in וּת, mutant וּת in plur. absoluto in ְוָן in Emphat. in ְוָתָא ut מַלְכוּת *regnum*, pl. מַלְכְוָן & מַלְכְוָתָא *regna.*

Status constructus mutat Fœmin. R.18.

Sing.

Sing. אָ in תְ ut צִדְקַת

Dualium יִן & *Plur.* יִן *in* יֵ ut חַכִּימֵי , יְדֵי

Fœmininor. Plural. ן & תָא in תְ & תֵי ut חַכִּימַת & חַכִּימָתֵי

Cap. III.

De Pronomine.

R.19. PRonomina separata sunt Novem.

1 אֲנָא & אֲנָה *Ego.*
אֲנַן , אֲנַחְנָא , נַחְנָא *nos.*

2 אַנְתְּה *tu* Com.
אַנְתּוּן אַתּוּן *vos* Masc.
אַנְתֵּין אַתֵּן *vos* Fœm.

3 הוּא , אִיהוּ , אִנָּא *ille.*
הִמּוֹן , הִמּוֹ , הִנּוּן אִנּוּן *illi.*

4 הִיא אִיהִי *illa.*
אִינֵּן הִנֵּין *illæ.*

5 דֵּן דְּנָה *iste, ista.*
דֵּךְ *iste* דַּךְ *ista.*

6 דִּכֵּן *iste, ista,* gen. commun.

7 אֵל , אֵלֶּה אֵלֵּין אִלּוּ
אִלֵּךְ *illi, illa.*

8 מַן *quis, quæ, quid,* & sic apud Hebræos מַן הוּא *quid hoc* Ex. 16. un-

16. unde *Manna.*

9 דִּי *quis, quæ, quod,* Relativum utriusque gen. & num. Aliquando conjunctio causalis דִּ *quòd.*

Cap. IV.

De Verbo Perfecto.

T*Ertia persona sing. fœminina Præteritorum, apud Chaldæos* R.20.
exit in תַ Et sic apud Hebr. אָזְלַת *abiit,* Deut. 32.36. וְשָׁבַת *& revertetur.* Ezek. 46.17. Sin autem tertia radicalis fuerit ר, exit in תִ ut הִתְגְּזֶרֶת *excisus est.* Dan. 2.34.

Quòd si tertia fuerit ח, desinit in חַת ut הִשְׁתְּכַחַת *inventa est,* Dan. 6.22.

Et sic apud Hebr. וְנוֹכַחַת *& erudita fuit,* Gen. 20.16. & וְנִשְׁכַּחַת *& oblivioni tradita est.*

Terminationes Præteritorum in R.21.
sing. num. sunt תַ תָּ תְּ תִּ.

In Plurali וּ אָ תּוּן תֵּן נָא

In Futuris pro syllaba affomativa נָה est ן, & initium masculinæ, in

tertia

tertia persona fœmin. manet.

R.22. *Omnes Infinitivi terminantur in* אָ *vel* הָ. Excepto Infinit. Peal, quod incipit à מ

Gerundia fiunt per literas Bachlam, ut apud Hebræos : ut

לְמִכְנַשׁ *ad congregandum.*

בְּמִפְקַד *in jubendo* כְּמִפְקַד &c.

At post מ interponitur ל ut מִלְּמִפְקַד *à jubendo*, i.e. *ne jubeat.*

Et sic invenitur Hebraicè מִלְּבוֹא *ab ingredi*, i.e. ex quo ingreditur (quis) Chamath, Am.6.14.

Aliquando מ formativum Pehal detrahitur, ut לְהֱוֵא *ad esse*, i.e. ut sit, & sic semper in Daniele, לְבְנֵא *ad ædificandum* Esr. 5.3 & 13.

Aliquando Infinitivi assumunt terminationem nominum fœmininam ות sed maxime cum Affixis. לַהֲתָבוּתָךְ *ad respondendum tibi*, Dan. 3. 16. Sic לַהֲקָמוּתֵהּ *erigere eum*, cap.6.3. Et sic apud Hebr. לְהַשְׁמָעוּת *ad faciendum audire*. Ezek. 24. 26. וּמִן הִתְחַבְּרוּת *& ex eo postquam conjunxerat se*. Dan. 11.23.

Conjugationes sunt tres.

R.23. *Prima Activa dicitur P E A L*, cujus

cujus in præterito primum punctum est (:) *ultimum* (-) (..) *vel* (ִ) Semel cum (ִי) expresso טֲשִׁית *cogitavit*, Dan. 5. 3.

Paradigma Conjug. Pehal.

Præterit.

Sing.	Pl.
(.) (..) פְּקַד *Jussit.*	פְּקַדוּ
פְּקַדַת (ִ)	פְּקַדָא
פְּקַדְתָּ	פְּקַדְתּוּן
(*a*) פְּקַדְתְּ	פְּקַדְתֵּן
(*b*) פִּקְדֵת	פְּקַדְנָא

Nota. (..) & (.) per totum præterit. retineri potest, ut, נְטַלַת *cessavit* 4. 24. שְׁאֵלְנָא *petiimus* Esr. 5. 9. שְׁלִטוּ *dominati sunt*. Dan. 6. 24.

(*a*) Plerunque hîc sit eadem Mascul. qui fœmin. ut, וּתְקֵפְתְּ *& roborasti te*. Dan. 4. 24. quod nimirum pronomen אַתְּ unde hæc persona formatur, Chaldæis sit utriusque generis.

(*b*) Si prima sit guttur. est (-) ut, עַבְדֵת *feci*, אַמְרֵת *dixi*.

Imperativ.

Sing.	Pl.
(..) (.) (-) פְּקֹד	פְּקֹדוּ
	פִּקְדוּ

פְּקַדִי   פְּקַדְנָא

Terminatio (-) (.) (..) ubique esse potest.

Si prima fuerit gutturalis est (...) ut אֱמַר *dic*, at cum accentu est (..) ut, אֵזַל *abi*. Esr.5.15.

Futur.

Sing.	Pl.
(..) (.) (-) אֶפְקַד	נִפְקַד
תִּפְקַד	תִּפְקְדוּן
תִּפְקְדִין	תִּפְקְדָן
יִפְקַד	יִפְקְדוּן
תִּפְקַד	יִפְקְדָן

Ante guttural. literæ *Ethin* habent (-) vel (:) ut, יַעְבֵד *faciet*. תַּעַבְדוּן & תַּעְבְדוּן *facietis*. Sic יַעְבַר *transibit*.

Terminatio (:) vel ׳, est hîc frequentissima. Et sic apud Hebræos תִּשְׁמוּרֵם *custodiet eos*, Prov. 24.13. וָאָנוּשָׁה *& dolui*, Ps.69.21. יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, Exod. 18. 16. תַּעֲבוּרִי *transibis*, Ruth.28.

Infinitiv.

מִפְקַד

מ Ante gutturalem habet (:) ut מֶעְבַד *facere*.

Benoni.

פָּקֵד (*a*)

פקדא

פְּקָדָא
פְּקָדִין
פְּקָדָן

Punctum primum est etiam (-) ut, אַזְדָא *iens*, Dan.2.8. חַשְׁחִין *egentes*, Dan.3.16.f. חַשְׁחָן Esr.6.9. וּפַרְסִין & *decidentes*, Dan.5.25.

(*a*) Pro terminali (..) substituitur (-) ut apud Hebræos.

Pehil, i.e. *Pahul.*

פְּקִיד
פְּקִידָא
פְּקִידִין
פְּקִידָן

Sin ultima fuerit gutturalis aut ר, habet(-)ut, אֲמַר, יְדַע.

Nota. 1. Pehil originem habet ex Hebræo Pahul, mutato ו in י. unde etiam fit quòd aliquando ejus analogam vocalem retinet, ut, שְׂמַת *positus est*. Dan.6.17.

2. Pehil variatur per personas, genera & numeros, quasi esset præteritum cum (י.) expresso, ut,

Sing.	Pl.
פְּקִיד	פְּקִידוּ
פְּקִידַת	פְּקִידָא
(*a*) פְּקִידְתָּ	פְּקִידְתּוּן
פְּקִידֵת	פְּקִידְתֵּן

פְּקִידָת פְּקִידְנָא

(*a*) Dan.5.v.27. תְּקִילְתָּא *appensus es*, cum א loco Hebræor. ה paragog.

R.24. *Passivæ Conjugationes imitantur formam Hebræorum Hithpahel, præponendo activæ* אִתְ *vel* אֶתְ *rariùs* הִתְ

Et sic etiam apud Hebr. אִתְחַבַּר *associavit se*, pro הִתְ 2 Chron. 20.35. אִשְׁתּוֹלְלוּ *in prædam dederunt se*, Psal. 76.6.

Literæ sibilantes זְסַצַּשׁ eodem modo hîc transponuntur ut apud Hebr. ut, אִשְׁתְּמַר pro אִתְשְׁמַר *custodivit se*, אִזְדְּמַן pro אִתְזַמַּן *præparavit se*.

Et aliquando hoc ת transpositum à Dagesh absorbetur, ut, הִזְמִנְתּוּן *comparâstis vos*, Dan.2.9. Et sic apud Hebr. הִזַּכּוּ *purificate vos*, Jesa.1.6.

Huc referendum est illud Marc.7.34. *Ephphata* (aperire) quod regulariter esset אֶתְפְּתַח & absorpto ת, pro אֶפְּתַח פּ autem quantumvis dageshatum effertur per φ, quæ pronuntiatio adhuc hodie Arabibus & Syris est usitata. Sheva verò mobile effertur per A ut aliâs fit in γαββαθα,

ex

ex גַּבְּתָא, & *Sabachtani* ex שְׁבַקְתַּנִי &c.

Prima passiva ITHPEHAL, R.25. *formatur ab Activa, præponendo* אִתְ *vel* הִתְ hoc modo.

Præterit.

אִתְפְּקַד

אִתְפְּקַדַת

&c. אִתְפְּקֵדְתְּ

Quando ultima est gutturalis, pro priori (:) assumitur (-) furtiv. (ut apud Hebr.) ut, הִשְׁתְּכַחַתְּ *Inventus es*, Dan. 5. 27.

Imperativ.

אֶתְפְּקַד

&c. אֶתְפְּקִדִי

Imperat. & Futur. habet אֶתְ ad differentiam Præteriti.

Futur.

אֶתְפְּקַד

תִּתְפְּקַד

&c. תִּתְפַּקְדִין

Infinit.

אִתְפְּקָדָא

Particip.

מִתְפְּקַד

&c. מִתְפַּקְדָא

Secunda conjugatio Activa dici- R.26. *tur*

tur PAHEL, *Passiva* ITHPAHEL, *habétque characterem secundæ radicali impressum, nempe Dagesh forte* (ut apud Hebr.) *præcedente* (-) & terminatur in (..) aliquando etiam in (.) vel (-)

Pahel	Ithpahel
Præterit.	
(-) (.) (-) פַּקֵּד	(.) (..) אִתְפַּקַּד
פַּקְּדַת	
פַּקֵּדְתָּ	
פַּקֵּדְתְּ	
פַּקְּדֵת	
Pl.	
פַּקִּדוּ	
פַּקִּדָא	
פַּקֵּדְתּוּן	
פַּקֵּדְתֵּין	
פַּקֵּדְנָא	
Imperativ.	
(.) פַּקֵּד	אִתְפַּקַּד
&c. פַּקִּדִי	
Futur.	
אֲפַקֵּד	אִתְפַּקַּד
תְּפַקֵּד	
&c. תְּפַקְּדִין	

Dagesh sæpe ex literis shevatis excidit,

cidit, ut, וְשַׁמְּשׁוּנֵהּ *ministrabant ei*, Daniel. 7.10.

Infinit.

אִתְפַּקָּדָא פַּקָּדָא

Habet formam nominis Hebraici בַּקָּשָׁה *petitio.*

Particip.

מִתְפַּקַּד מְפַקַּד

Dan. 2.40. מְרָעַע *confregit*, est cum (·) ob guttural.

Nota. Ad formam PAHEL, pertinent quadrilitera; ut, תַּרְגֵּם *interpretatus est.*

Tertia conjugatio Activa dicta APHEL, *plerunque mutat Hebræorum* ה *in* א, quod aliquando etiam reperitur in Hebraico sermone, אֶגְאַלְתִּי *inquinavi*, Jesa. 66.1. אַבְרֵךְ *genua flecte*, Gen. 41.2. Et superaddito Hebræorum ה, וְהֶאֱזְנִיחוּ *& abscedere facient*, Jesa. 19.6. R.27.

Aliquando servat Hebræorum ה, ut; הַקְרְבוּהִי *adduxerunt eum*, Dan. 7.13.

Passiva OPHAL, *sequitur Hebræorum Hophal*: ut, הָחָרְבַת *desolata est*, Ezr. 4.15. הָתְקְנַת *confirmatus sum*. Dan. 4.33. הָנְחַת *dejectus*

G

ctus est. Daniel. 5. 10.

Aphel. Ophal.

Præterit.

אַפְקֵד (.) אָפְקַד

אַפְקְדָא

אַפְקֶדְתָּ תְּ

&c. אַפְקְדוּ.

Dan.2.25. est הַשְׁכַּחַת *inveni*.pro אַשְׁכַּחַת

Imperativus.

אַפְקֵד

Futur.

(.) אַפְקֵד אָפְקַד

Infinit.

אַפְקָדָא הַפְקָדָא אַפְקָדָא

Posterius א sequente substantivo mutatur in ת ut, לְהַנְזָקַת מַלְכִין *ad nocendum regibus*, Esr.4.22.

Partic.

מַפְקֵד

Nota. *Character temporis & conjugationis sæpe simul in Aphel manent*, ut, יְהוֹדְעוּן *notum facietis*, יְהַשְׁפִּל *dejiciet*, Dan.7.24. מְהַחְצְפָא *festinans*, Dan.2.15. מְהַחֲתִין *repositi*, Esr.6.1.

Et sic apud Hebr. יְהוֹשִׁיעַ *servabit*, יְהוֹדֶה *celebrabit*, unde Juda &c.

CAP.

CAP. V.
De verbis Quiescentibus.

QUIESCENTIA PRIMA א

IN futuro & infinitivo Pehal, א *radicale quiescit in* (..) ut, וְאֵמַר *dicat*. Ipsumque א sæpe excidit, ut, לְמֵמַר *ad dicendum*, כְּמֵמַא *quasi dicamus*, frequens apud Esram, ubi א supprimitur & ר per א suppletur. R.28.

Et sic apud Hebr. אֵהַב *diligam*, אֹהַל *abibo*, תֵּזְלִי *digredieris*, תֵּהַר *adunabis*, וַיֵּתֵא *& venit*, מֵזִין *auscultans*.

In Aphel, א *transit in* י, *in Ophal, in* ו, ut, לְהוֹבָדָה *ad perdendum*, הוּבַד *perditum est*. R.29.

Exc.1. אֲמַן in Aphel, mutat א in (ו) quiescens, & assumit charact. Heb. ה, ut, הֵימִין *credidit*, מְהֵימַן *fidelis*.

2. אֲתָא *venit*, in Aphel mutat א in (י) mobile, in Ophal in (ו) quiesc. ut, לְהַיְתָיָה *ad adducendum*, Dan. 5.2. וְהֵיתָיַת *& adducta est*. Dan.6. 17.

QUIESCENTIA PRIMA (י)

R.30. *Prima radicalis* (י) *in Imperat. Futuro & Infinitivo Peal, aliquando abjicitur*, ut, דַּע *scito.*

Aliquando in Dagesh commutatur, ut, אֶדַּע *sciam*, יִכֻּל *possit.*

Aliquando Dagesh resolvitur in נ, ut, וְאִנְדַּע *& sciam*, Dan. 2. 9.

R.31. *In Aphel* (י) *shevandum transit in* ו, ut, אוֹתִב *sedere faciam.*

QUIESCENT. SECUNDA ו

R.32. *Media radicalis* ו, *expungitur*, ut, apud Hebr.

At Ithpehal dageshat ת

Pehal.	Ithpehal.
Præterit.	
קָם קָמַת	אִתְּקָם
קָמְתָּ קָמְתִּ	
קָמֵת	
Imperat.	
קוּם קִים	אִתְּקָם

Futur.

Futur.

אֶתְקָם	אֲקוּם
תִּתְקָם	תְּקוּם תְּקוּמִי
יִתְקָם (a)	יְקוּם (a)

(a) Et cum (ׅ.) ut, יִתְּזִין *alebatur*, Dan. 4. 12.

(a) Esr. 5. 3. יְהָךְ *proficiscetur*, cum (ְ)

Infinit.

מִתְקָמָה מְקָם

Irregulare לְמְהָךְ *ad proficiscendum*, Esr. 7. 13.

Benoni.

מִתְקָם קָאֵם קָיְמִין
קָיְמָא קָיְמָן

Nota. Benoni Pehal mutat ו in א, quod in plurali & genere fœmin. transit in (י) mobile. Proinde ista quæ scribuntur cum א, ut, זָאְעִין, דָּאְרִין, Masoritæ legunt per (י) mobile, דָּיְרִין *habitantes*, זָיְעִין *trementes*.

Manet tamen א fixum, cum (ֲ) ut, קָאֲמַיָּא *stantes*, Dan. 7. 16.

Particip. Pehil קִים inde שִׂימַת *posita est*.

Præterit.

Aphel. Ophal.

אַקִים & הָקִים הֻקִימַת

&c. אַקִימַת *Consistere facta est*, Dan. 7. 4. retento (ו) ex Aphel.

Imperat.

&c. אָקִים

Futur.

אַקִים & אֲקִים

תְּקִים & ־ת

Et cum ה character. יְהָקִים *eriget*, Dan. 6. 15. יְהָתִיבוּן *reverti facient*, Esr. 6. 5.

Infinit.

אֲקָמָא in Affixione desinit in ות

Et cum ה pro א utrinque, לְהַזָדָה *ad superbiendum*, Dan. 5. 20.

Benoni.

מְקִים & מְהָקִים *suscitans*, Dan. 2. 21. Et suppresso ה, מָרִים *extollens*, Dan. 7. 2.

QUIESCENTIA TERTIAE א, ה, vel (י)

(Promiscuè tertia radical. א ה vel (י) hîc usurpantur, ut, חֲרָא & חֲרָה et חֲרִי *lætatus est.*) Ter-

Tertia Radical. ה *vel* א *in medio syllabam terminans, mutatur in* (י) *quod in secundis personis movetur per* (-) *in primis quiescit in* (.) *vel* (..) R.33.

א *vel* ה *in medio syllabam inchoans, unà cum puncto præcedenti abjicitur. Et tunc quæ Hebraicè desinunt in* ו *ea Chaldaicè per* י *efferuntur*, ut, הֲוו *fuerunt* pro הָיוּ Sic, וְיִשְׁתּוֹן *& biberunt*, Dan. 5. 2. Sic, תִּתְרְמוֹן *projiciemini*, Dan. 3. 15. R.34.

Nota. Quorum tertia radical. est (.) ea in pl. num. nudum saltem י assumunt, ut, וְשָׁרִיו *et ceperunt*, Da. 5. 2

Et sic apud Hebræos הִמְסִיו *liquefecerunt*, Josu. 14. 8.

Præterit.

Pehal.	Ithpehal.
גְּלָא גְּלִי	אִתְגְּלִי
(a) גְּלַת	
גְּלִיתָ תָּ	
גְּלִית יתְ	
Pl.	
גְּלוֹ גְּלִיו	
(b) גְּלִיתוּן תּוּן	
(c) גְּלֵינָא	

Cum (ֵ) מְנֵא *numeravit*, Dan. 5. 25.

(*a*) aliquando expressum א, ut וּמְלָאת *& replevit*, Dan.2.35. Et pro (ְ) est (ַ) וּמְטָת *& pertigit*, Dan.4.19.

(*b*) חֲזֵיתוּן *vidistis* cum (י) quiesc. Dan.2.8.

(*c*) בְּעֶנָא *postulavimus*, Dan. 4. 23. suppresso (י) quod imitatur Heb. מָלֵתִי *implevi* pro לֵא Job.32.19.

Nota. Verbum שְׁתָה *bibit*, adsciscit hîc א per prothesin, ut, אִשְׁתִּיו *biberunt*, Dan.5. aliquoties.

Imperat.

גְּלִי גְּלָא	אִתְגְּלִי
גְּלוֹ גְּלֶנָא	

Futur.

אֶגְלֵא	אִתְגְּלֵי
תִּגְלֵא	

Infinit.

מִגְלֵא	אִתְגְּלָאָה

Esr.5.9. לְמִבְנְיָא *ad ædificandum*, ubi א paragogic. & tertia radicalis transit in (י) Et compensato מ per Dagesh, לְבְּנֵא Esr. 5.3. & 13.

Benoni.

גָּלֵא גָּלַיִן	מִתְגְּלֵי
גָּלְיָא גָּלְיָן	

Benoni in plurali Mascul. desinit instar

ſtar Dualis, ut, בָּנַיִן *ædificantes*, at Dan.4.16. לְשָׂנְאָךְ *oſoribus tuis*, retinet א

Pehil.

גְּלִי גְּלַיִן

Sic שְׁרֵא *habitans*, בְּנֵה *ædificans*. Aliquando (:) dilatatur per (-:) ut, גֲּלִי *revelatum eſt* vel (…) גֱּלִי Sic קֱרִי *lectum eſt*, Eſr.4.18.

Juxta hanc analogiam conjugatur

Pahel.	*Ithpahel.*	*Aphel.*
	Præterit.	
גַּלִּי גַּלֵּי	אִתְגַּלִּי	אַגְלִי
	Imperat.	
גַּלִּי	אִתְגַּלִּי	אַגְלִי
	Futur.	
אֲגַלִּי	אֶתְגַּלֵּי	אַגְלִי
	Infinit.	
גַּלָּאָה	אֶתְגַּלָּאָה	אַגְלָיָה
	Particip.	
מְגַלִּי	מִתְגַּלִּי	מַגְלִי

CAP. VI.
De Verbis Defectivis.

DEFECTIVA PRIMA נ

R.35. *Prima radicalis* נ *deficit ut apud Hebræos*, ut, פּוּק *egredere*. *Et post literas Heemanthi in Dagesh commutatur*: ut, Imper. Aph. אַחִתוּ *defluere facite.*

Irregularia sunt אַחֵת *descendere fac.* Esr. 5. 15. וְתַחֵת *& descendere facies*, Esr. 6. 5. absorpto Dagesh.

GEMINANTIA SECUNDAM.

R.36. *Geminantium, altera deficit eodem modo ut apud Hebræos*, ut, דַּק ex דְּקַק *comminuit.*

Pehal. Ithpehal.

Præterit.

דַּק דַּקַּת אִתְּדַק

דַּקְתָּ

דַּקִּית (Differt à Quie-

Pl. scentib. secundâ,

דַּקּוּ per (-)).

Excluso Dagesh דָּקוּ *comminuta sunt*, Dan. 2, 35.

Imper.

Imperativ.

דַּק דַּקִּי   אֶתְדַּק
דַּקּוּ

Futur.

אֲדִק   אֶתְדַּק
תַּדִּק

Dan. 2. 40. תַּדִּק *confringes*, cum (..) ob indageshabilem.

Infinit.

מִדַּק   אִתְדַּקָּא

Partic.

דָּק דָּקוּן   מִתְדָּק

Aphel.   Ophal.

Præter.

אַדִּק אַדִּקַת אַדִּקְתְּ

Irregulare est הַדֶּקֶת *contrivit*, Dan. 2. 34. & הַנְעֵל *introduxit*, Dan. 2. 25. resoluto נ in Dagesh.

הֻעַל *introductus est*, Dan. 5. 13. הֻעַלוּ *introducti sunt*, ad analogiam Hebraici Hophal.

Imperat.

אַדִּק

Sic הַעֵלְנִי *introducito me*, Dan. 2. 24.

Futur.

Futur.

אֲדֵק

Infinit.

אֲדָקָא

Sic לְהֶעָלָה׃ *ad introducendum* cum (ְ) ante guttural. Dan. 5. 7. & לְהַנְעָלָה׃ Dan.4.3.

Particip.

מָדֵק & מְהַדֵּק *conterit*, Dan.2.40.

CAP. VII.

De literis Præfixis.

R.37. L*iteræ præfixæ apud Chaldæos sunt sex*, ד, ה, *&* וְכָלֵב׃

ה duntaxat est interrogantis, ut, הַצְדָּא *verúmne?* Dan.3.14.

ד respondet Græcorum articulo ὃς, ἣ, ὅ.

Literæ וְכָלֵב׃ eodem modo hîc sumuntur, quo apud Hebr: nisi quod ו nunquam hîc convertit tempora.

CAP.

CAP. VIII.

De Affixis.

Affixa primæ personæ sunt, R.38.

Sing. { י. nom.sing. י - plural.
{ נִי -verbor.cum נ epenth. נִּי

Plur. ן, ין, נָא נָן Nomin. & Verb.

Affixa secundæ personæ;

Sing. ךְ. יךְ. נָּךְ { masc.

Plur. כון

Sing. ךְ. כִי נֵּךְ { fœm.

Plur. כֵן

Affixa tertiæ personæ,

Sing. הּ. הִ נֵּה cum nomine pl. וֹהִי M.

Plur. הוֹן, הוֹם at נוֹן. solis verbis.

Sing. הּ, נָה. cum nom.plur. הָא F.

Plur. הֵן הֵין נֵין נָּן.

Nota. Quæ habent literam נ ante præcipuam literam affixi, verbis duntaxat affiguntur: Quæ habent (י) ante præcipuam literam Affixi, plur. nomin. conveniunt, ut; יךְ.

Propter Affixa, א, *afformativum mutatur in* ת, *at* א *emphat. &* ן *nota pluralitatis excluditur.*

Nota. אַב *pater*, ante affixa (excepto (י)) assumit ו ut, אֲבוּךְ *pater tuus.*

Irre-

Irregulare est אֲבָהָתִי *patrum meorum* pro אֲבָהָתַי Dan. 2. 23.

Et, אית vel אִיתַי *sunt, est*, cum Affix. tertiæ perſ. facit אִיתוֹהִי *ſunt illi.*

CAP. IX.

De Mutatione Punctorum.

R 40. *CReſcentibus literis, decreſcunt puncta eodem planè modo ut apud Hebræos.* Ideóque

(.) ultimum in Regim. tranſit in (-)

(..) ut apud Hebræos.

Omne (-) in (:)

Forma ע.ָ in עְ

Ex priori (:) fit (.) (-) vel (:) &c.

In his & ſimilibus, Chaldæi cum Hebr. eaſdem Leges retinent.

Et hîc ad calcem Inſtitutionis hujus notabis. Quòd ן *paragogici uſus ſit creberrimus apud Chaldæos*, ה *verò paragogicum rariſſimum*, ſecus quàm ſit apud Hebræos.

FINIS.

ERRATA.

PAg. 30. lin. 11. dele *m*.
64. lin. 1. lege, *poſcit* (.)
71. lin. 26. lege יֵכָּֽה
Ibid. lin. 28. repone in marg. R. 101.
79. lin. 26. lege *migrat in* (:)

Et ſi quæ alia ſunt, leviora ſunt: quæ tu, benigne Lector, tempori potiùs & feſtinationi, quàm noſtris conatibus, attribues.